

148

147

149

150

152

151



153



154



155



156

Urkundenbuch der Stadt Basel

Basel-Stadt (Switzerland). Staatsarchiv, Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel

157

158

Sui 924.3

Harvard College Library

THE GIFT OF

WILLIAM BAYARD CUTTING, JR.
(Class of 1900)

OF NEW YORK

FOR BOOKS ON SWITZERLAND

URKUNDENBUCH DER STADT BASEL

Digitized by Google

URKUNDENBUCH

DER

STADT BASEL

HERAUSGEGEBEN VON DER

HISTORISCHEN UND ANTIQUARISCHEN GESELLSCHAFT
ZU BASEL

ZWEITER BAND

BEARBEITET DURCH

RUDOLF WACKERNAGEL UND RUDOLF THOMMEN

BASEL
R. REICH, VORMALS C. DETLOFFS BUCHHANDLUNG
1893

Digitized by Google

Swi 921.3



Gift of
W. Bayard Cutting, jr.

DRUCK VON M. WERNER-RIEHM IN BASEL.

Digitized by Google

VORWORT.

Wir haben diesem Bande des Urkundenbuches nur wenige Bemerkungen beizugeben. Für die Sammlung und Bearbeitung des Stoffes blieben die Grundsätze massgebend, welche im Vorworte des ersten Bandes ausführlich erörtert worden sind. Die Einführung von Siglen zur Bezeichnung der handschriftlichen Überlieferung und oft citierter Druckwerke trifft ein nur äusserliches Moment und darf nicht als Abweichung von jenen Grundsätzen bezeichnet werden. Zur Preisgebung der gefälligeren Form, die der erste Band dem Benützer bietet, haben wir uns nur höchst ungern entschlossen, waren aber angesichts des ausserordentlichen Anwachsens des Stoffes im Interesse möglichster Raumersparnis dazu genötigt.

Das Verzeichnis der Siglen befindet sich vor dem Namenregister.

*Regesten sind mit * bezeichnet.*

Bei der Arbeit hatten wir uns wiederum mannigfacher Hilfe und Förderung zu erfreuen; wir bezeugen dafür auch an dieser Stelle unsern herzlichen Dank. Insbesondere verdient gemacht haben sich Herr Dr. Adolf Socin durch Ausarbeitung des Glossars, Herr Dr. Karl Stehlin durch Herstellung des Stadtplanes.

Die Sammlung des Materials und dessen Zubereitung für den Druck ist unsere gemeinsame Arbeit; die Correctur des Druckes und die Fertigung des Namenregisters ist von dem Erstgenannten allein besorgt worden.

Rudolf Wackernagel.
Rudolf Thommen.

Digitized by Google

NACHTRÄGE.

S. 79 zu n° 146: Erwähnt bei Wurstisen Chronik 131 zu 1270 Mittwoch nach Bartholomaus [August 27] und darnach bei Ochs 1, 400 zu 1272 Mittwoch nach Bartholomäus [August 31].

S. 210 nach n° 360:

Urkunde König Rudolfs betreffend Haltung eines Landfriedens durch den Erzbischof von Mainz und durch Herren, Freie, Grafen, Dienstmannen und Städte auf dem Rheine von Konstanz nieder. Mainz 1281 Dezember 13.

*MG. 4, 436 und Gerbert codex 214 n° 11, beide nach A. — *Böhmer 110 n° 643.*

*S. 236 zu n° 410: *ZGO. 13, 236 nach Herrgott.*

S. 350 zu n° 625: Argovia 24, 66 nach diesem Eintrag in Lh. A.

1. *Das Kloster St. Alban überlässt den Bussbrüdern einen Garten in Klein-Basel, den Hedwig, Frau des Heinrich Brotmeister, zu Erbe hat.* *Klein-Basel 1268 Januar 4.*

Original Al. nº 25 (A).
Arnold 331 nach A.
Das Siegel fehlt.

Frater Willehelmus prior totusque conventus monasterii sancti Albani juxta Basileam ordinis Cluniacensis omnibus presentium inspectoribus rei geste memoriam. Noverint universi, quod, cum Hedewigis uxor Henrici dicti Magistri panis civis Basiliensis hortum quendam situm in ulteriori Basilea prope monasterium fratrum Penitentie Jesu Christi pertinentem ad officium nostre villicationis ibidem hereditario jure pro annuo censu novem solidorum et duorum pullorum possideret, supplicavit nobis, ut ob reverentiam divini cultus et, ut amplificando dictorum fratrum monasterio[a]) area magis fieret spatiosa, permitteremus, quod dictus hortus jure proprietatis sine omni census onere transiret ad religiosos viros . . priorem et fratres monasterii[b]) prelibati. Et ne officio nostre villicationis in aliquo deperiret, duas domus pistorum cum hortis adjacentibus sitas super decursum aque proximum porte versus Ystein ex opposito domus . . decani de Schophen, quos ante jure tenuit a nobis hereditario pro annuo censu duorum solidorum, in manus nostras liberaliter resignavit easque oneravit censu horti prelibati videlicet novem solidis et duobus pullis singulis annis cum priori censu sine contradictione qualibet persolvendis ita, quod de ipsis domibus nomine census annuatim duo solidi nobis et monasterio nostro, novem vero solidi et duo pulli ei, qui nomine nostro villicationi preerit, persolvantur. Nos igitur [ad] omnia, que piis locis cedere possunt ad comodum et profectum, ex debito caritatis spetialiter obligati supplicationibus Hedewigis sepedicte consensimus[c]) et presentibus consentimus hortum predictum transferentes in jus et proprietatem fratrum ac monasterii supradicti recepta reconpensatione census in domibus antescriptis In cujus rei testimonium presens cartula sigillis nostris et, quia predicta Hedewigis proprium sigillum non habuit, suo nomine sigillo predictorum fratrum est conmunita. Actum in ulteriori Basilea, anno domini M̊CC̊L̊XVI̊I̊, secundo nonas januarii.

---

1. a) manasterio *in A.* b) *corr. aus* manasterii *in A.* c) *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

2. *Das Kloster Wettingen verkauft an Ulrich, Sohn des Heinrich Brotmeister, drei Mühlen und eine Säge in Klein-Basel.*

Basel 1268 Januar 17.

*Original Kl. nº 44 (A). — Abschriften von Wurstisen in WCD. fol. 19 (B) und (hienach?) aus dem 16. Jh. in ChA. C. p. 208 (B¹). — * Kl. A. fol. 336ᵛ.*

Trouillat 2, 182 nº 136 nach B.

Das (fehlende) Siegel des Bischofs und das der Stadt (nº 140) hängen an Schnüren; an Pergamentstreifen † SIGILL . ABBATIS . DE . SALEM.

H[enricus] dei gratia Basiliensis episcopus omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Ne[a]) contractus inter homines habiti lapsu temporis et propter facilem hominum memoriam calumpniari valeant, utile fuit ipsos, ut facilius probari possint, in scriptis redigere et per instrumentorum seriem perhennari. Noverint ex hoc quos nosce fuerit oportunum, quod religiosi viri . . abbas et conventus de Wetingen Cisterciensis ordinis tria molendina et unam serram cum areis ibidem contiguis et domum lapideam inchoatam in ulteriori Basilea prope Renum sita vendiderunt et tradiderunt V̊lrico filio Henrici dicti Magistri panis et eidem Henrico ementi nomine predicti sui filii pro centum quinquaginta marcis legalis argenti, ad quam pecuniam exsolvendam iidem V̊lricus et Henricus se astrinexerunt in terminis infra scriptis scilicet, ut in festo purificationis sancte Marie virginis anni domini millesimi CC.LXIX. in quinquaginta marcis satisfaciant, in sequentibus vero festis purificationis anni domini millesimi CC.LXX. et LXXI. venturis in centum marcis residuis divisim satisfaciant. Insuper Henricus dictus Stenlin, Henricus Diues, Diethelmus Gœlin, Arnoldus de Keiserstůl, Henricus Dapifer, Werherus de Strasburc, Burcardus de Ufhem et Johannes Craft milites, Conradus dictus Sch[b])altenbrant et Henricus filius suus, Johannes dictus Rŏber et Werherus dictus Rote cives Basilienses omnes singulariter fide prestita nomine juramenti promiserunt supradicto . . abbati et conventui, quod, si prefati V̊lricus et Henricus in solutione uniusqueque pecunie terminis prenotatis defecerint, monitione VII dierum premissa, se ipsos tradere in obstagium in domum prefati Henrici in ulteriori Basilea nec ab ipso obstagio recessuros, nisi eidem . . abbati et conventui de pecunia tunc suo termino debita fuerit plenarie satisfactum. Hoc etiam adjecto, quod, si aliquem obsidum prenominatorum mori contingerit, alter eque ydoneus in locum mortui subrogetur, quem, si dicti V̊lricus et Henricus moniti infra VII dies dare neglexerint, residui obsides se tradent in obstagium, donec alium loco mortui dederint conpetentem. Preterea dicti . . abbas et conventus confessi fuerunt predictam alienationem ob justam et legittimam causam fore factam et ad utilitatem sui monasterii cedere promittentes sub debito sacramenti se nunquam venturos contra alienationem supradictam per in integrum restitutionem vel ratione minoris precii vel per quemlibet alium modum legibus

2. a) nec *in A.* b) h *übergeschrieben von gleicher Hand in A.*

vel canonibus adinventum. In cujus rei evidentiam presentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Nos vero Henricus dictus Monachus miles magister civium Basiliensium et consules eiusdem loci rogatu predicti . . abbatis c) et conventus et prefatorum Vlrici et Henrici sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Nos etiam . . abbas et conventus de Wetingen et nos . . abbas et conventus de Salmanswilre sigilla nostra addimus in testimonium predictorum. Actum Basilee, anno domini M°CC°L°XVII°I,XVI°. kl. febr., presentibus supradicto Henrico Stenlin, Henrico Diuiti, Diethelmo Gœlin, Arnoldo de Keiserstûl, Henrico Dapifero, Werhero de Strasburc, Burcardo de Ufhem et Johanni Craft militibus, Conrado dicto Schaltenbrant et Henrico filio suo, Johanni dicto Rôber et Werhero dicto Rote civibus Basiliensibus.

3. *Ritter Hugo Mönch leiht dem Kloster Lützel Land zu Ettingen.* *Basel 1268 Februar 3.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 842 (A).
An einem Bande hangt das Siegel des Hugo Mönch (n° 103).

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Hugo dictus Monachus miles Basiliensis rei geste noticiam cum salute. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod ego tertiam partem duarum scopozarum in villa Ettingen sitarum, quas Waltherus et Heinricus fratres dicti an den Stenon et Johannes filius fratris eorundem a me jure hereditario possident, ad peticionem et resignationem Henrici jamdicti supradicto jure, quo ipse possedit, illam concessi viris religiosis . . abbati et conventui monasterii Lucelensis pacifice [et] a) perpetuo possidendam. In cujus facti testimonium presentem cedulam sigilli nostri caractere consignavi. Act. Basilee, anno domini M°CC°L°XVIII°I, III°. [no]n a) febr.

4. *Heinrich an den Steinen und seine Frau vergaben dem Kloster Lützel Häuser zu Basel sowie Zinse und Güter zu Ettingen und Wattweiler gegen Zusicherung einer lebenslänglichen Rente und vermachen dem Kloster alle ihre Fahrhabe auf die Zeit ihres Todes.* *Basel 1268 Februar —.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 841 (A).
Das (hangende) Siegel fehlt.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Henricus dictus an den Stenon et Elysabet uxor eius cives Basilienses subscriptorum noticiam cum salute. Ad cognitionem universorum volumus pervenire, quod nos moti devotione in nostrarum remedium animarum necnon omnium parentum nostrorum bona nostra, domum videlicet, que dicitur zer Walkon, domum quan-

2. c) abbati *in A.*
3. a) *Loch im Pergament.*

dam retro domum des Banwartz, que solvit xl̃ solidos annuatim, necnon domum sub monte beati Leonardi sitam, que reddit XI solidos et VI denarios, in villa Ettingen redditus X solidorum et VI denariorum et IIII^{or} verencellarum spelte et dimidie avene, in villa eciam Watwilr VII scados vinearum et domum reddentem VI solidos titulo elemosine eo jure, quo nos eadem bona possedimus, liberaliter contulimus in manus venerabilis patris domini C[onradi] abbatis monasterii Lucelensis, ut ipsum monasterium et conventus deo ibidem serviens eadem bona in perpetuum pacifice possideat et quiete. Dictus vero abbas et conventus ejus de consensu bono et unanimi sinceritate devotionis nostre inspecta promiserunt se nobis assignare singulis annis obligantes se ad id VIII° verencellas spelte et duas siliginis et pro vino nobis ambobus necnon vestimento mihi Henrico non tincto sed naturaliter colorato VI libras Basilienses, tres in nativitate domini et tres in nativitate sancti Johannis baptiste, in vita nostra tantummodo pensionis nomine ex condicto ita, quod post mortem nostram nulli heredum nostrorum vel aliis personis seu locis quibuslibet dare vel assignare tenebuntur ullo jure aliquid de premissis, sed ipsa solutio predictorum post fata nostra penitus conquiescet. Si vero contigerit tempore procedente, quod de bonis memoratis in summa IX librarum aliquid defuerit casu quoquo contingente, tantum nobis de ipsa pensione detruncabitur ex condicto. Porro post mortem nostram, quicquid de bonis nostris mobilibus poterit reperiri, prefato monasterio cedet reclamatione cujuslibet non obstante integraliter sine fraude. Me vero Henrico ingresso viam carnis universe Elysabet uxor memorata promisit se transferre in Winkel ad sorores dictorum religiosorum ibidem tamquam una de sororibus remansura. Insuper sepedicti abbas et conventus promiserunt, ut ipsam, quando venerit, tamquam unam de sororibus recipiant victum et vestitum sibi, quoad vixerit, ministrando. In memoriam autem premissorum et majorem roboris firmitatem ego Heinricus et Elysabet uxor mea prece obtinuimus presens scriptum super hiis confectum sigillo venerabilium in Christo dominorum capituli majoris ecclesie Basiliensis confirmari. Actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊L̊X̊VII̊I, mense febr. Nos Rodolphus prepositus, Conradus decanus totumque capitulum majoris ecclesie Basiliensis rogatu predictorum Henrici et Elysabet uxoris sue sigillum nostrum presenti pagine duximus appendendum in testimonium et evidenciam premissorum.

5. *Spruch des erzpriesterlichen Officials über die zwischen dem Stift St. Leonhard und Peter dem Wucherer streitige Wiederherstellung einer Brücke.* *Basel 1268 März 24.*

Abschrift von 1295 in Lh.H. fol. 8^{v} n° 34 (B).

Trouillat 2, 187 n° 140 nach B. Hier ist zu lesen S. 187 Z. 17: lite super refectione cuiusdam pontis. *Z. 24:* Hcr. magistro. *S. 188 Z. 22:* sententialiter *statt* formaliter. *Z. 3:* kl. *statt* kal.

6. Item ein brief ußwysende, wie Johannes priester des heilgen crûtz ein huß, so Cunno und Mechtilt sin husfrow besessen und uff sant Lienharts

berg gelegen, darus si järlich 5 sh. 4 ring zůn 4 fronvasten abtheilt zů zins entrichtet haben, herren Alberten propste zů s. Lienhart umb obgemelten zins wider verlůchen hat. Datum im aprellen anno XII^{C}LXVIII.

— *1268 April* —

Eintrag des 16. Jh. in Lh. B. fol. 52. — * *Lh. D. fol. 147½ mit dem Zusatze:* aliquod jus habent domini in saneto Petro eciam in eadem area.

7. *Guta, Witwe des Ritters Peter von Blotzheim, übergiebt dem Kloster Blotzheim Haus und Hofstatt in Balschweiler unter Vorbehalt lebenslänglichen Niesbrauches.* *Klein-Basel 1268 Juni 22.*

Abschrift von Basilius Amerbach in ChA. D. fol. 79 (B).

Universis presentem literam inspecturis Conradus scultetus de ulteriori Basilea dictus Geizriebo miles noticiam rei geste. Noverint universi, quod constituta in presencia mea in forma judicii Gůta relicta Petri militis bone memorie de Blatshein domum et curiam suam sitam in villa Bolswilr, sicut devote debuit et potuit, omnium approbante sententia et adhibitis omnibus observationibus, que de jure vel consuetudine fuerant adhibende, eontulit religiosis dominabus . . abbatisse et conventui de Blatshein, que quondam residerunt Michelueldt, retento sibi usufructu pro tempore vite sue, de quo usufruetu promisit se daturam annuatim eensum certum, videlicet unum iminum pisarum. Et hoe in remedium anime sue feeit, hac tamen adhibita eondicione, quod post obitum ipsius dominus Otto filius suus miles, si voluerit, potest reemere dictam domum et euriam pro quinque marcis argenti nec illud supradicte domine de Blatshein poterunt reeusare. In cuius faeti memoriam ad petieionem tam ejusdem relicte quam dominarum de Blats-h[ein] sigillo meo presentem literam eonsignavi. Testes sunt Philippus de Shertingen, Johannes magister panificum, Johannes Maser, Conradus Bôller, Heinrieus Vasenaeht et frater suus, Petrus Senftli, Heinrieus Harta et alii fide digni. Act. in ulteriori Basilea, anno domini M$\breve{C}\breve{C}$L$\breve{X}$VII$\breve{I}$, X. kl. julii.

8. *Das Stift St. Peter leiht Mechtild, der Frau Alberts von Blotzheim, einen Garten.* *Basel 1268 Juli 2.*

Original MM. n° 5 (A).
Eingehängtes, beinahe gänzlich zerstörtes Siegel (n° 40).

Chonradus decanus et eapitulum eeelesie sancti Petri Basiliensis universis presentem literam inspecturis noticiam rei geste. Noverint universi, quod Albertus filius Petri de Blatshein pistoris civis Basiliensis ortum situm extra portam Spalon iuxta ortum Ozelini, quem ex donatione predieti patris et matris sue ab eeelesia nostra pro annuo eensu sedecim denariis a) sub jure hereditario possidebat, Mehtildi uxori sue contulit in dotem, quod vulgo dicitur morgengabe. Nos quoque ad petitionem et resignationem suam patre

8. a) *So in A.*

suo predicto et matre presentibus consentientibus, immo id ipsum petentibus prelibatum ortum sub jure et censu predictis et in dotem, ut predictum est, antedicte Mehtildi concessimus perpetuo possidendum, sigillum nostrum in testimonium appendentes. Testes: Johannes magister panificum, Johannes dictus Koufman, V̊lricus in der Totgazzvn, Hugo dictus Lutrich, Wernherus de saneto Brandano, Petrus dictus Rote, Hermannus pater sepefate Mehtildis. Act. apud sanctum Petrum, anno domini M̊CCLX̊VIII̊, sexto non. julii.

9. *Bischof Heinrich giebt den Webern und Leinwettern zu Basel eine Zunft.* *Basel 1268 August 22.*

Abschriften von Basilius Amerbach in ChA. B. fol. 12v (B), aus dem 15. Jh. in CDB. fol. 96v (B1) und von Daniel Bruckner aus dem 18. Jh. im StA. Basel St. 27 A nº 34 (B2).

*Ochs 1, 392. — Trouillat 2, 184 nº 137 nach B1. — *ZGO. 4, 235. — *Gengler 1, 133 nº 15.*

Wir Heinrich von gottes gnaden bischof ze Basel tün kůnt allen den, die disen[a]) brief ansehent, das wir mit rate unsers capitels, unsers gotzhus dienstmanne, unsers rats und unsers gedigens[b]) gemeinliche den webern und den linwetenn ein zunft erlöben geben unde stetegen mit gůten trůwen alse hie[c]) geschriben ist. Unde sol man daz wizzen, daz wir inen unde si uns und[d]) unserme gotzhus geswọrn hant ze helffene ze unseren nôten unde wir inen zir nôten gegen menliehem. Wir erlöben inen einen meister ze nemende mit der meren volge, die allewege under inen sol für[e]) sich gan. Zů dem sůlen si seehse nêmen mit der rate dir[f]) zunftmeister ir zunft und ir almůsen verriehte.[g]) Wir erlöben inen ồeh, swer diz antwerk kan und das tribet, daz si den můgen twingen mit ir antwerche in ir zunft. Swer[h]) ein núwe man drin kunt, der sol geben ein phunt wachzses; ist ez aber ein burger, der diz antwerk selbe[i]) niht ûbit und dirzů kunt, der git ein halbes phunt wachzses. Swer ồeh reeht genoz ist dez antwerkiz unde sieh dirmitte begat, der sol zallen ernsten[k]) ir gebottis und ir banier warten, ob er joch ein ander zunft hat, die mak er wol verriehten so in disů nůt irrit. Swer under in mit ungehorsami verwrkit das im sin zunft wrde ůf gesetzit mit der mêren volge, hat er ồeh ander zůnfte, den er nůt so vaste gebunden ist, die sint im alle mit dirre uf gesetzit. Wirt im sin zunft wider mit der meren volge, so můz er doch alse vil geben alse eine[l]) der nie dirzů kam, unde hat ồch denne die andern zůnfte wider. Wrde under in deheine schuldic mit offem bewerten valsehe an dem mezse oder an der wage, daz gebieten wir in, daz si den niemer zir geselleschefte lazen komen. Ồeh geloben wir inen an gůten trůwen, daz wir niemer umb in nehein bette gehồrin. Ồch sol man das wizzen, das sy von disem almůsen bezůnden sun zen hohgeziten in unser frồwen můnster ze Basel, alse ồeh ander zůnfte. Stirbt ir zunft-

9. a) allen die disen B^1. b) gedings B^1. c) hienach B^1, sie B^2. d) und *fehlt* B^1. d) zue B^2. f) die B^2. g) verrichten B^1. h) Dwen B^2. i) selbe *fehlt* B^1. k) zalen ernstes B^2. l) einer B^1 B^2.

brûder einer, dez kint nûwent ir zunft mit eime halben phunde wahzses. Swenne ôch einer stirbt oder sin elich wip, hie oder anderswa, dem opphrent si nach der zûnfte gewonheit. Dise gûten gesetzede an dir zûnfte und diz almûsen, swer daz iemere zerbrichet oder zirstôrit, den kûnden wir in die unhulde des almehtigen gottes, ûnser frôwen sante Marien und alre heiligen, unde kûnden in ze banne mit dem gewalte so wir han von geislichem gerichte. Darzû daz diz stete belibe, so ist dirre brief besigelt mit unsirme, dez capitels, und der stat ingesigel. Dirre brief wart gegeben ze Basel[m]), do von unsers herren gebûrte warent tusent zweihundert sechzek und ahte iar, an der mitwochen vor sante Bartholomes tage.

10. *Urkunde von 1268 September 9. s. Bd. 1, 206 nº 285ª.*

11. *Das Domstift und das Kloster St. Alban leihen dem Subcustos Arnold und dem Deutschordenshause Beuggen die Hofstatt bei Kunos Thor, welche Heinrich Brotmeister denselben verkauft hat.*

Basel 1268 November 16.

*Original MM. nº 8 (A). — Abschrift in VBO. von 1384 Marz 9 Al. nº 205 (B). Unvollstandige Abschrift nach VBO in Bf.D. fol. 156 (C). — Auszug in MM. E. fol. 9ᵛ. — *MM. L. fol. 244ᵛ. — *Bf. A. fol. 26ᵛ.*

* BXIVJ. *26 = *ZGO. 28, 376 nº 43.*

Drei an Pergamentstreifen hängende Sieget: 1. Domstift (nº 18), 2. St. Alban (nº 52), 3. Deutschordenscomthur (nº 85ª).

Universis presencium lectoribus .. prepositus et capitulum Basilienses, .. prepositus et custos sancti Albani extra muros civitatis ejusdem salutem in domino. Scire volumus universos, quod Heinricus dictus Magister panis civis Basiliensis et Hedewigis uxor sua necnon Vlricus filius suus consensu aliorum liberorum ipsius Heinrici accedente curiam, quam habebant apud portam Cûnonis, contiguam a parte superiori curie militis dicti de Keiserstûl, quam partim jure proprietatis partim a nobis capitulo pro V solidis et III denariis, a nobis preposito et custodi sancti Albani pro novem solidis singulis annis suis terminis persolvendis jure hereditario possidebant, Arnoldo subcustodi majoris ecclesie Basiliensis et fratribus domus sancte Marie Tevthonicorum de Bvchein cum suis appendiciis et pleno jure pro octoginta marcis et duabus libris vendiderunt, quam pecuniam sibi numeratam et traditam renunciantes acceptioni ipsius pecunie non numerate in nostra presencia fatebantur. Nos vero ad resignationem dicti Heinrici necnon Hedewigis uxoris[a]) sue et Vlrici filii aliorumque liberorum suorum[b]) dictam curiam, ut moribus actenus est receptum, predicto subcustodi et fratribus prenotatis pro censu prehabito concessimus possidendam. Ipse vero subcustos in eadem curia, quantum magistrum et fratres predictos contingit, usumfructum ad tempus vite sue sibi consencientibus eis retinuit et de eadem similiter eorum

9. m) Basile B^1.

11. a) Hedewigi uxori *in A.* b) aliorumque suorum liberorum *mit Verweisungszeichen in A.*

accedente consensu in nostra presencia taliter ordinavit, videlicet, ut post ipsius felicem obitum prenotata curia integre et totaliter cum suis appendiciis ad fratres prenotatos de domo Tevthonica eum hiis honeribus ita devolvatur, ut in die anniversarii ipsius subcustodis ad agendam felicem ejus memoriam preter antiquum censum triginta solidi, prout ordinatum est in libro vite, de quadam domo sita vnder den Bulgon, in qua morabatur Cv̊nradus dictus dir Keller, quam idem subcustos postea vendidit, distribuendi nobis capitulo, conventui sancti Albani quinque solidi, Predicatoribus quinque solidi, Minoribus fratribus v solidi, dominabus in Lapidibus v solidi, Sacciferis fratribus v solidi, dominabus de saneta Clara v solidi, dominabus de Olsberg v solidi, Leprosis v solidi de scpedicta curia per fratres sepedictos singulis annis persolvantur. Actum et dat. in castro sub tilia, anno M̊CC̊LX̊VIII̊, feria VI̊. proxima post festum Martini, presentibus Johanne cellerario dicto de Ratolstorf, Heinrico scolastico majoris ecclesie Basiliensis, Wernhero Scalario, Dietrico de Fine canonicis Basiliensibus, Heinrico Diuite, Cv̊none de Ramstein, Diethelmo dicto de Baden, Rv̊dolfo Diuite militibus, et aliis quampluribus fidedignis. In cujus rei testimonium nos prepositus et capitulum Basilienses, nos prepositus et conventus sancti Albani extra muros Basilienses, nos conmendator Bvrgvnnie et Alsacie domus sancte Marie Thevtonicorum seu conmendator in Buchein sigilla nostra dedimus presentibus appendenda.

12. *Adelheid, Witwe des Ritters Burchard von Liebegg, und ihre Söhne verkaufen ihre Güter bei Witterswil zur Hälfte an Johann von St. Martin, Bürger von Basel, und zur Hälfte an Anna und Mechtild, Tochter und Frau des Konrad von Basel, Bürgers von Neuenburg.* *Basel 1268 November 22 und 26.*

Original im StA. Solothurn (A). — Auszug in Cl. J. p. 288.

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: Von der von Nůwenburg *und von einer Hand des 18. Jh.:* war St. Clara in Basel.

Von den drei (hängenden) Siegeln ist noch erhalten:
† S . LUDEWICI . MILITIS . DE . LIEBECKE.

SW. 1829, 677 nº 10. — Erwähnt bei Kopp 2/1, 433, Anm. 5.

Nos Adelheidis relicta Burchardi militis de Liebeeke, Arnoldus, Chono, Johannes et Burch[ardus] filii ejusdem notum facimus universis, quod nos de unanimi consilio et bona deliberatione prehabita possessiones nostras apud Witerswilr ad nos jure proprietario pertinentes cum suis juribus et pertinentiis agris pratis silvis viis inviis, cultis et ineultis, et homines nostros ibidem ad dictas possessiones pertinentes, eujuscunque sint etatis vel sexus, Johanni dicto de saneto Martino civi Basiliensi pro dimidia parte et Heinrico lsenlino nomine Anne puelle, filie Conradi dicti de Basilea civis de Nv̊wembureh, et Meehtildis matris ejusdem puelle, quarum idem Heinricus quantum ad has possessiones emptor tutor et procurator existit, pro altera dimidia parte juste et legaliter vendidimus pro eerta summa pecunie eentum duabus marcis argenti et cum omni sollempnitate et cautela ac observationibus, que

solent in hujusmodi contractibus fieri, dictas possessiones et homines suprafatis Johanni et Heinrico nomine puelle et sue matris contulimus et donavimus, primo in districtu et jurisdicione, in qua site sunt possessiones, per nos Chononem et Johannem, qui de hoc a matre et fratribus nostris mandatum habuimus, secundo autem in villa Sheftelanch presentialiter omnes tam mater quam fratres in manus domini Burchardi dicti de Vfhein militis consanguinei, quem ad ipsam donationem recipiendam mandatum habentem destinaverant ipsi cives, in possessionem quoque corporalem misimus ipsos promittentes eis de jam dictis possessionibus et hominibus nos prestituros debitam warandîam, renunciantes etiam exceptioni non numerate pecunie, doli, in factum, beneficio restitutionis in integrum, rei minus dimidia justi pretii vendite et omni exceptioni actioni et rei, per quam posset impugnari supradicta vendicio vel modo quolibet retractari. In cujus rei testimonium rogatu nostro sigilla[a]) civitatis Basiliensis et domini Ludewici de Liebecke patrui nostri et meum scilicet Chononis antedicti presentibus literis sunt appensa, quibus sigillis nos ceteri fratres et mater sumus contenti. Testes sunt donationis in districtu et jurisdicione possessionum facte Heinricus Monachus magister civium Basiliensium, Jacobus Marscalcus, Heinricus Steinlin, Heinricus Pfaffo, Heinricus de Argentina, Nicolaus de Titenshein milites, V̊lricus de Vfhein, Wernherus Rufus, Heinricus Chenler, Heinricus de Soledro, Heinricus Rufus, Hugo de Pontarlin, Conradus cellerarius, Johannes apotekarius cives Basilienses et alii fide digni, testes donationis apud Sheftelanch facte Ludewicus de Liebecke miles, Arnoldus de Liebecke, Hilteboldus de Heidecke, Heinricus de Herwelingen nobiles, Rodolfus minister et judex de Sheftelanc, V̊lricus de Baden, Walt[herus] de Witwilr, Volmarus de Lerowe, Wernherus Hase et quidam alii. Acta est prima et inferior donatio prope Basileam, anno dominice incarnationis M̊CC̊LX̊VIII̊, in festo sancte Cecilie virginis, secunda vero donatio eodem anno, in crastino beate Katerine virginis. Nos Burch[ardus] advocatus dictus Vicedominus, Heinricus magister civium et consules et universitas Basilienses sigillum civitatis nostre rogati a venditoribus et emptoribus in testimonium et evidentiam huius facti duximus appendendum. Ego Ludewicus miles de Liebecke similiter rogatus meum etiam appendi sigillum.

13. Magister Heinricus de Basilea dictus Kiv̊chili *Schiedsmann für das Kloster St. Urban in dem Streite zwischen demselben und dem Ritter Otto von Oltingen.* *Freiburg i/S. 1268 Dezember 1.*

*Herrgott 2, 409 nº 498. — Kopp Urkunden 1, 18 nº 10. — Fontes 2, 713 nº 654, alle nach dem Original im StA. Luzern. — * Georgisch 1, 1207 nº 51.*

14. Henrico episcopo, Rv̊dolfo preposito, Cunrado decano Johannes de Ratolstorf canonicus Basiliensis ecclesie cellerarius altare super ecclesia

12. a) sigilla *corrigiert aus* sigillum *in A.*

sancti Vlrici de novo construxit ad cultum divini nominis ampliandum illudque per manum et consensum Joannis militis dicti de Ratolstorf filii fratris sui et fratrum ipsius Joannis dotavit. — *1268* —

* *Wurstisen »ex instrumentis summi templi« in WA. p. 493 mit der Bemerkung »dises ist s. Erasmi altar gwesen.«* — * *Derselbe in WBM. fol. 105.*

Beiträge NF. 2, 500 nach WBM.

15. *Bernher der Bäcker und seine Frau vergaben sich das Haus, das sie vom Stift St. Leonhard zu Erbe haben.*

Basel 1269 Januar 5.

Original Lh. nº 24 (A).

Auszug bei Arnold 261 nach A.

An einem Bande hängt das Siegel von St. Leonhard (nº 48).

Universis presentium inspectoribus litterarum Albertus prepositus et conventus de sancto Leonardo in Basilea noticiam subscriptorum. Notum sit omnibus, quos nosse fuerit oportunum, quod Bernherus furnarius et uxor eius Mechtilt unam aream sive domum ante cimiterium nostrum sitam, vallo civitatis contiguam, pro censu annuo trium solidorum divisim in jejuniis temporum quatuor solvendorum et dimidio precio unius messoris jure hereditario tenent a nobis. Cum autem non habeant carnales liberos, ad nostram presentiam venientes dederunt sibi invicem aream sive domum ipsam publice per manus nostras ita, quod altero eorum viam universe carnis ingresso alter supervivens eam possideat, hoc adjecto, si Mechtilt premoricturr, Bernherus ipsam usque ad obitum suum tenebit, post obitum vero eius Ita privigna ipsius filia predicte Mehtildis domum sepedictam seu aream hereditabit nec debebit idem Bernherus domum sive aream ipsam aliquatenus vendere vel obligare vel modo aliquo alienare. Si autem sepedictus Bernherus premorietur, Mechtilt et eius filia Ita eam tenebunt salvo in omnibus jure nostro. In cujus rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes etiam hujus rei sunt Wernherus custos, Petrus, Fridericus, Nicolaus, Petrus, Reinherus, Fridericus, Johannes, Jacobus, Chünradus, Chünradus et Hugo canonici ecclesie nostre et quidam alii fide digni. Act. in ambitu claustri nostri, anno domini M°CC°LX°VIII°, in vigilia epiphanie.

16. *Das Johanniterhaus in Sulz verkauft an Heinrich Tanz Weinberge bei Geberschweier.* — *1269 Januar 6.*

Abschrift des 15. Jh. im CDOBeuggen fol. 234ᵛ (B).

ZGO. 28, 392 nach B. — * *ZGO. 28, 377 nº 50.*

Nos frater Burkardus dictus Gramctsch procurator et rector domus Hospitalis sancti Johannis in Sultz et conventus fratrum ibidem notum facimus universis, quod nos de unanimi consensu et voluntate vineas nostras in banno de Gebliswilr sitas juxta invicem circiter septem scados, qui vulgo dicuntur schatze, in loco qui dicitur amme Gesetzte, in laterc vinearum ejus qui

dicitur Cleinwernlin der Norgassen, quas vineas olim permutavimus cum domino Andrea de Lôbgassen, pro utilitate et necessitate domus nostre juste et legaliter vendidimus domino Heinrico dicto Tantz civi Basiliensi pro certa summa pecunie duodecim marcis argenti, quas recepimus et in summe necessarios usus nostre domus convertimus de consensu et mandato generalis magistri nostri, transferentes in jamdictum civem omne jus nostrum, quod in prefatis vineis habuimus, et promittimus et promisimus eidem debitam warandiam dantes sibi super hoc presentes nostras literas sigillatas et renunciantes omni excepcioni sive de non numerata pecunia sive de minus dimidia justi precii re vendita sive de doli, in factum vel beneficio restitucionis in integrum, ymmo simpliciter omni excepcioni accioni et rei, per quam posset impeti vel irritari vendicio supradicta. Testes sunt Johannes de Jungholtz, .. dictus Buckeler milites, Wernherus de Hadestat, . . dictus Junge, Petrus filius hospitis de Hadestat, Syfridus filius Reinboldi de Sunthein, Johannes sculletus de Sultz et alii quamplures. Actum anno domini M°CC°LX°VIII°, in epyphania domini, indictione XII.

17. *Johann der Apotheker und seine Frau setzen sich gegenseitig zu Erben aller ihrer Güter ein.* *Basel 1269 Januar 12.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden n° 12ª (A).

Von den zwei an Bändern hängenden Siegeln ist nur eines noch erhalten: † S. . . . . VRCHARDI . WIZTVMS.

Universis presentem literam inspecturis Burch[ardus] advocatus dictus Vicedominus, Heinricus magister civium dictus Monachus, consules et cives Basilienses noticiam rei geste. Notum facimus universis, quod Johannes apotekarius et Mechtildis uxor sua, concives nostri, in forma judicii advocato prenominato et Hugone de Gundolstorf vicesculteto presidentibus bona sua omnia videlicet possessiones, domos, sive jure hereditario sive proprietario habeantur, et omnia mobilia et inmobilia, quocunque jure vel nomine censeantur, sibi invicem contulerunt et legaverunt conmuni omnium sentencia approbante, hac videlicet condicione, quod altero ipsorum defuncto alter, qui supervixerit, predicta bona omnia libere possideat et potestatem habeat de hiis quicquid voluerit ordinandi. In cujus facti memoriam rogatu ipsorum presens litera civitatis et supradicti advocati sigillis est munita. Testes sunt Petrus Shalarius, Rodolfus Dives, Heinricus Crafto, Arnoldus de Keiserstûl, Heinricus de Terwilr, Heinricus Vorgazen, Wernherus de Argentina milites, Wernherus Rufus, Hugo zem Hirce, Johannes de Porta, Heinricus de Flore, Rodolfus minister, Otto minister, Petrus Gabler, Nicolaus institor et alii quamplures. Act. ante domum judicii, anno domini M°CC°LX°VIII°, in vigilia beati Hylarii.

18. Anno domini M°CC°LX°X°[a]), XV. kl. febr., Jo[hannes] Stehelli sutor de consensu domini Alberti prepositi ecclesie sancti Leonardi domum dictam

18. a) *corrigiert aus* M°CC°LX°XI°.

Brovrazhus eum suis pertineneiis [b]) et juribus solventem predicte ecclesie nomine census IIII sh. et messorem et IIII sh. pro intragio, in festo beati Jo[hannis] baptiste censum videlicet, locavit Anne uxori Lodewici dicti Brotvraz pro V sh., et dari debet eis XXX dn. pro intragio videlicet Stehellino et suis post[er]is et Rûdigero genero. — *1269 Januar 18.*

Eintrag von 1290 in Lh.A. auf dem Vorsetzblatt.

19. *Vogt, Bürgermeister, Rat und Bürger von Basel gewähren Rat und Bürgern von Strassburg sicheres Geleite bis Mittfasten.*

Basel 1269 Februar 5.

*UBStr. 2, 11 nº 19 nach einer Abschrift des 14. Jh. im Stadtarchiv Strassburg. — Schöpflin 1, 461 nº 650 ebendaher = Ochs 1, 394 und = Trouillat 2, 188 nº 141. — *AS. 1, 373 nº 19.*

Nos B[urchardus] advocatus dictus Vicedominus, H[einricus] magister civium dictus Monachus, consules et universitas civium Basiliensium promittimus vobis domini consules et cives Argentinenses, quod cives vestri et eorum nuncii tam in rebus quam personis de omnibus nostratibus securi debent esse in veniendo ad nos, stando et redeundo usque ad instantem mediam quadragesimam, ut idem a vobis circa nos fiat et littere consimiles transmittantur. Datum Basilee, anno domini M°CC°LX°VIII°, nonis februarii.

20. *Das Stift St. Leonhard leiht das ihm von Hugo Scheko aufgesagte Haus dessen Frau Guta zu gleichem Zins.*

1269 März 12.

Original Cl. nº 7 (A).

An einem Bande hängt das Siegel von St. Leonhard (nº 48).

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus litterarum Albertus prepositus et conventus de sancto Leonardo Basiliensi noticiam subscriptorum. Quoniam ad ambiguitatis scrupulum precavendum in posterum necesse est hominibus acta sua litteris conmendare, ideo [a]) significamus omnibus presentibus et futuris, quod veniens ad nos Hvgo dictus Scheko civis Basiliensis domum suam sitam ante hospitale nostrum, de qua nobis dantur XVIII denarii nomine anniversariorum sive census et unus messor, in manus nostras resignavit supplicans humiliter, ut eandem Gûte uxori sue jure quod vulgo dicitur morgengabe conferremus. Nos petitioni sue annuentes Heinrico ad Florem patri dicte Gûte ipsam domum sicut predictum est salvo jure ecclesie nostre concessimus possidendam. In cujus rei testimonium scriptum presens sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes: Petrus de Erlispach et Petrus de Valle Masonis canonici nostri et Heinricus dictus Ysinli et alii quamplures. Actum anno domini M°CC°LX°VIII°, in festo Gregorii pape.

18. b) ccibus *oder* ctibus (contractibus?).
20. a) ide *in A.*

21. *Das Domstift leiht dem Priester Johann ein Haus.*

Basel 1269 März 16.

Original Ds. I nº 13 (A).

Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Rûdolfus prepositus, Conradus decanus et capitulum ecclesie Basiliensis universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis noticiam subscriptorum. Innotescat omnibus presentibus et futuris, quod, cum Johannes presbyter capellanus altaris beati Jacobi ecclesie Basiliensis et Lieba mater ejus et Hugo frater ipsius Johannis atque Agnesa soror ejus domum quandam sitam non longe a capella sancti V̊lrici ad cameram nostram spectantem pro censu annuo solidorum duorum inicio mensis aprilis nobis persolvendorum jure hereditario possedissent ac pariter a domino Conrado nostro camerario recepissent ita, quod uno vel duobus aut tribus ex eis premortuis is, qui superviveret, eam teneret in possessione quieta sine qualibet contradictione, mortuis Lieba et Hugone memoratis atque Agnesa prefata omni juri, quod in eadem domo habuit vel habere posset inposterum, et omnibus, que sibi possent prodesse et dicto Johanni obesse, renunciante in manus domini Johannis de Ratolstorf canonici et cellerarii nostri vices domini Conradi decani et camerarii nostri ad presens gerentis, domum eandem ipse cellerarius noster adhibita omni cautela juris et conswetudinis, que in hujusmodi consweverunt, sepefato domino Johanni salvo jure ecclesie nostre pro censu prescripto jure concessit hereditario possidendam. In cujus rei testimonium scriptum presens sigilli capituli nostri munimine duximus roborandum. Testes: dictus dominus Johannes de Ratolstorf, Heinricus Camerarii canonici Basilienses, Arnoldus decanus ecclesie beati Johannis, Johannes de Liestal sacerdotes, Berchtoldus et Eberlinus scriptores, Heinricus zem Thore [a]), Hugo Baweler, Heinricus Isenli, Reinmundus sartor cives Basilienses et multi alii. Actum in domo sepedicti Johannis, anno domini M̊CC̊LX̊VIII̊I, sabbato proximo ante palmas, indictione XII̊.

22. Cuon. de Basilea et magistro Petro fratre suo *Zeugen in der Urkunde des Bischofs Eberhard von Konstanz.*

Konstanz 1269 April 17.

*Herrgott 2, 413 nº 501. — * Ladewig nº 2207.*

23. *Ritter Johann von Butenheim schenkt dem Kloster Blotzheim Güter in* Meigenhart *vor* magister Heinricus officialis curie Basiliensis (cum in judicio auctoritate domini nostri episcopi presideremus). — Ego Johannes miles de Bv̊tenhein ut supra narratum est feci et contuli et sigillum meum apposui et presentis carte notarium Burch[ardum] notarium scolasticum ecclesie sancti Petri Basiliensis presentem literam scribere et [a]) subscribere diligenter rogavi.

Basel 1269 Juni 6.

---

21. a) zem Thore *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

23. a) *zwischen* et *und* subscribere *ist in A eine radierte Stelle; soviel aus den noch sichtbaren Resten der Schrift vermutet werden kann, stand* pro me *geschrieben.*

Digitized by Google

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 76 (A).

Von den an Bandern hangenden drei Siegeln ist das erste unkenntlich (eingewickelt) und sind das zweite und dritte abgefallen.

Worin das subscribere *des Schreibers Burchard bestanden habe, ist nicht zu ersehen, da die Urkunde durchaus keinen derartigen Vermerk tragt.*

24. *Johann der Apotheker und seine Frau vergaben dem Kloster Unterlinden zu Kolmar Rebland bei Sulz, unter Vorbehalt einer lebenslänglichen Rente und Stiftung einer Jahrzeit. Basel 1269 Juni 30.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden n° 8 (A).

An Bandern hangen zwei Siegel: 1. + S . COVENTVS . SOROR . DE . IOHNE . BAPT . I . COLVNB. *2. Stadt Basel (n° 140).*

Ego Johannes apotekarius et Mechtildis uxor ejusdem cives Basilienses notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod nos sexaginta scados sitos in monte dicto Trúbelberch vulgariter appellatos hûbe, quos emimus a vidua dicta de Trŷbilberch pro centum libris Basiliensis monete, titulo donationis conferimus . . priorisse et conventui sororum de Vnderlindun in Columbaria et ex nunc simpliciter possessionem tam naturalem quam civilem earundem vinearum sororibus cedimus supradictis, ita tamen, quod predicta priorissa et conventus mihi Johanni et uxori mee predicte annuatim in festo sancti Martini, quamdiu vixerimus, in octo libris denariorum Basiliensis monete respondere procurent et in aniversario utriusque nostrum, cum occurrerit, dabitur unum talentum ad pictanciam pro conventu, et altero nostrum defuncto alteri, qui superstes fuerit, quamdiu vixerit, sive in religione sive in seculo fuerit, predicta summa octo librarum integraliter debet persolvi annuatim. Act. Basilee in introitu domus, que dicitur ze deme Vuchse, anno domini M°CC°LX°VIII°, in crastino apostolorum Petri et Pauli, presentibus Heinrico Monacho, Heinrico de Hagendal, Nicolao de Titenshein, Heinrico dicto Vorgazzvn militibus, Conrado filio Ludewici institoris, Johanne de Porta, Hugone de Ceruo, Thoma Zebil et aliis fidedignis. In hujus itaque rei testimonium presentem literam universitatis civium Basiliensium et sepedicte abbatisse et conventus sigillis pecii et procuravi sigillari. Nos . . priorissa et conventus antenominati, item nos Hugo Monachus advocatus, Petrus magister civium dictus Shalarius et consules Basilienses sigilla nostra rogatu duximus in testimonium appendenda.

25. *Johann von Butenheim schenkt seinen Anteil an dem Hause Landser der Kirche Basel und empfängt denselben wieder von ihr zu Lehen.* — *1269 Juli 21.*

Abschrift von 1441 im AltLBBern fol. 60 (B). — Abschrift im AltLBKarlsruhe fol. 77 (B¹).

Trouillat 2, 188 n° 142 nach B. Hier ist zu lesen: S. 189 Z. 6: uff fron alter, *u. a. m. — * Münch 2, 57 n° 24.*

26. *Albert, weiland Bischof von Regensburg, verheisst denjenigen, welche die Predigerkirche an gewissen Festen besuchen, Ablass.* — *1269 September 13.*

Original Pr. nº 82 (A.)

An Pergamentstreifen hängendes Siegel Alberts (nº 58).

Frater Albertus ordinis Predicatorum, episcopus quondam Ratisponensis, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes astabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit sive malum[a]), oportet nos diem messionis extreme operibus misericordie prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam[b]). Cum igitur ecclesia fratrum ordinis Predicatorum in Basilea magnis sumptibus sit constructa, quam cum majori suo altari proxima scilicet feria secunda post nativitatem intemerate virginis in honore sancti Dominici confessoris consecravimus necnon et quatuor altaria in eadem ecclesia, quorum primum ad aquilonem in honore sancti Petri martyris, secundum in honore sanctorum confessorum Augustini, Nicholai, Martini, tercium in honore gloriose virginis Marie, quartum in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli ibidem dedicavimus, devocionem vestram rogamus et in domino exhortamur, quatenus dictis fratribus manum porrigatis adjutricem, ut vestro adjuti suffragio facilius possint ibidem deo famulari. Nos vero de omnipotentis dei misericordia confisi omnibus ad eandem ecclesiam in anniversario dedicationis ecclesie et altarium predictorum, quam in proxima dominica post nativitatem gloriose semperque virginis Marie annuatim constituimus celebrandam, ob devocionem confluentibus de singulis altaribus XL dies criminalium et annum venialium auctoritate venerabilis domini Basiliensis episcopi misericorditer relaxamus volentes nichilominus, ut duret eadem indulgencia per octavas. Datum anno ab incarnatione domini M̊CC̊LX̊VIII̊, idus septembris.

27. *Das Johanniterhaus in Basel verkauft dem Kloster Olsberg Hofstätten in Basel.* *Basel 1269 Oktober 21.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 60 (A). — Abschrift von 1701 im GLA. Karlsruhe (B).

Auszug in ZGO. 3, 193 nach B. — Erwähnt bei Neugart 2, 245 irrig zum 20. November.

Eingehängtes Siegel des Johanniterhauses in Basel (nº 85).

Universis presencium inspectoribus frater Berchtoldus de Lindelberch conmendator, Conradus sacerdos, Dietricus sacerdos, dominus . . de Ruti, V̊lricus dictus Rôber, Burchardus dictus Rôber, Henricus de Welnhusen,

---

26. a) *Römer 14, 10 und 2. Korinther 5, 10.* b) *2. Korinther 9, 6.*

Henricus de Sigolzein, Henricus de Ramsten, Hermannus de Lŏfenberch et Henricus filius suus fratres domus Hospitalis sancti Johannis Ierosolimitani in Basilea noticiam rei geste. Noverint universi, quod nos religiosis . . abbatisse et conventui dominarum monasterii de Ŏlsperch possessiones sitas infra muros Basilee in locis subscriptis, videlĭcet areas sitas sive contiguas muro domus Shaltebrandi respicientes versus domum que dicitur Kanne, item in vico Spalen respicientes versus domum que vocatur Adelar, item areas in fine loci qui dicitur under den Bulgen, collatas domui ordinis nostri in Vriburch a fratre Johanne dicto Kozo nomine ac mandato . . comendatoris et fratrum domus in Vribure predicte, a quibus speciale mandatum ad hoc habuimus, pro quadraginta duobus marcis puri argenti et legalis vendidimus et tradidimus per manum Hugonis Monachi advocati, Hugonis de Gundolstorf sculteti et seabinorum civitatis Basiliensis promittentes fideliter et ad hoc nos sub fidejussoribus domino E[rkenfrido] cantori et H[enrico] Diviti Basiliensibus firmiter obligantes, quod eisdem abbatisse et conventui litteras sigillatas sigillis domus in Vriburch infra mensem necnon fratris Beringeri summi preceptoris nostri per Alamanniam infra nativitatem Johannis baptiste super ratihabitione ipsius vendicionis per nos facte prestabimus, bona fide renunciantes pro ipsis . . conmendatore et fratribus de Vriburch exceptioni non numerate pecunie omnique auxilio juris canonici ac civilis, per quod dicta vendicio posset in posterum irritari. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo domus nostre duximus sigillandas. Actum Basilee ante domum judicii, anno domini M°CC°L°X°I°X°, duodecimo kal. novenbr., presentibus dominis E[rkenfrido] cantore, advocato, sculteto et H[enrico] Divite predictis, R[odolfo] Divite, Renboldo de Eptingen, Conrado Wernhero de Hadstat, Johanne Robario, Johanne Craftonis militibus, Hugone Baulario, H[enrico] de Porta, H[enrico] dicto Botminger, Johanne de Argentina, Wernhero monetario, Henrico Gallico et aliis quampluribus fide dignis.

28. *Der Comthur und die Brüder des Johanniterhauses in Freiburg bestätigen den Verkauf vom gleichen Tage (s. n° 27).*

Basel 1269 Oktober 21.

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 61 (A). — Abschrift von 1701 im GLA. Karlsruhe (B).

* *ZGO. 3, 194 nach B.*

Zwei an Bändern hangende Siegel: 1. † S . FRM . HOSPIT . SCI . IOH . IN . FRIBVRG. 2. † S . CONMENDATORIS . HOSPITALIS . IOH. . .

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis frater Hirsekorn conmendator, Rodolfus et Wernlinus dicti de Stŏfen, Conradus dictus de Tierberch, Volkardus dictus Kozo, Rodolfus Lapo, Burchardus prior et Henricus sacerdos fratres domus Hospitalis[a]) saneti Johannis Ierosolimitani in Vribureh noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod nos venditi-

28. a) Hospitalis *auf Rasur in A.*

onem possessionum sitarum pro parte in fine loci qui dicitur under den Bulgen, item in vico Spalen respiciencium versus domum que dicitur Adelar, item contiguarum muro dicti Shaltebrant respiciencium versus domum que dicitur ze Kanne, collatarum domui nostre in Vriburch a fratre Volkardo dicto Kozo ordinis nostri factam pro quadraginta duabus marcis puri et legalis argenti a fratre Bertholdo conmendatore et fratribus domus ordinis nostri in Basilea, qui ad hoc a nobis speciale mandatum habebant, religiosis dominabus . . abbatisse et conventui monasterii de Ôlsperch gratam habemus et acceptam ac ipsam de consensu et bona voluntate nostra factam presentibus ratificamus profitentes dictam pecuniam in utilitatem domus nostre conversam, et obligamus nos presentibus, quod contra ipsam vendicionem nullo tempore veniremus, renunciantes exceptioni non numerate pecunie, doli mali et in factum, beneficio restitucionis in integrum seu privilegiorum concessorum nobis a sede apostolica, per que dicta vendicio posset aliquatinus retractari. In cujus rei testimonium presentem cedulam sigillis domus nostre in Vriburch necnon domus ordinis nostri in Basilea duximus roborandam. Actum Basilee ante domum judicii, anno domini M°CC°L°IX°, duodecimo kal. novembris, presentibus domino E[rkenfrido] cantore Basiliensi, Hugone advocato, Hugone sculteto, H[enrico] Divite et R[odolfo] Divite, Conrado Wernhero de Hadstat, Renboldo de Eptingen, Johanne Robario, Johanne Craftonis militibus, Hugone Baulario, H[enrico] de Porta, H[ugone] de Ceruo, Al. de Novo cellario, Wer[nhero] monetario, H[enrico] dicto Botminger, Johanne de Argentina, Henrico Gallico civibus Basiliensibus et aliis quampluribus fidedignis.

Nos frater Berchtoldus de Lindiberch conmendator et fratres domus Hospitalis sancti Johannis in Basilea in signum vendicionis hujusmodi per nos de mandato . . conmendatoris et fratrum domus predicte in Vriburch facte sigillum domus nostre duximus presentibus appendendum. Dat. loco anno et die suprascriptis.

29. *Johann Maser schenkt dem Kloster St. Maria Magdalena Rebland jenseits des Rheins, welches er von den Klöstern Lützel und St. Alban zu Erbe trägt, und erhält es wieder von ihm geliehen.* — *1269 Dezember 7.*

*Originale MM. n° 9 (A) und 9ª (A¹). Deutscher Auszug in MM. E fol. 243°. * MM. Kª. fol. 24.*

An Schnüren hängen vier Siegel: 1. Bischof Heinrich (n° 15). 2. Abt von Lützel (n° 69). 3. Stadt Basel (n° 140). 4. St. Maria Magdalena (n° 68).

Die beiden Ausfertigungen, die nicht von der gleichen Hand herrühren, sind als Teilzettel behandelt, indem über zwei Seitenränder auf der Rückseite ein grosses A *gezeichnet ist.*

Universis presentem litteram inspecturis . . priorissa et conventus sororum Penitentium imperpetuum[a]). Noverint universi, quod Johannes dictus

29. a) inperpetuum *in A¹.*

Maser civis Basiliensis tres agros vinearum sitos ultra Renum, qui vulgariter manwerch nominantur, quos idem jure hereditario a monasterio de Lùcela[b]) pro annuo censu duorum solidorum in vita sua et liberorum suorum, si quos genuerit[c]), et post mortem suam et liberorum pro quatuor saumis, duabus albi et duabus rubei vini, dicto monasterio solvendis[d]) possedit, nostro conventui eo jure et sub eodem censu, quo ipse tenuit[e]), donavit libere possidendos. Ut autem dictum censum quatuor saumarum sine onere persolvamus, aliam nobis vineam, quam ab ecclesia saneti Albani jure tenet hereditario, de consensu prepositi et conventus ejusdem ecclesie nobis addidit[f]) et toreular in prelibatis vineis situm similiter nobis contulit eo jure, quo et ipse possedit, hac tamen adiectione conditionis habita, quod, si aliquando dictus Johannes vel quisquam heredum suorum vineas illas a censu monasterio de Lùcela[b]) solvendo exoneret, vinea quam ab ecclesia sancti Albani habet ad ipsos redeat absolute. Nos vero priorissa eum consensu conventus easdem vineas dicto Johanni pro censu trium librarum monete Basiliensis annuatim nobis solvendis concessimus ad tempus vite sue eo pacto inter nos posito, ut, quandocunque viginti marcas nostro[g]) conventui assignaverit, diete vinee ad ipsius dominium integraliter revertantur nec quisquam suorum heredum post ipsius obitum quidquam juris in dietis vineis sibi poterit vendicare, nisi prolem de thoro legittimo reliquerit heredem, que infra decennium post eius deeessum eum viginti mareis nobis oblatis easdem reeuperare poterit, alioquin ad nostrum conventum sepediete vinee imperpetuum pertinebunt. In eujus faeti memoriam presens littera venerabilis domini H[einriei] dei gratia episcopi et universitatis Basiliensis et nostri conventus sigillorum munimine est munita. Aet. anno domini M̊CC̊LX̊VIII̊[h]), in erastino beati[i]) Nieolai. Testes sunt Diethelmus prior de Lucela, frater Chǒno de Attemswilre[k]), Rûdolphus[l]) notarius sancti Petri, Otto sacerdos ejusdem loei eleriei, Johannes dictus Rouber[m]), Burchardus Craftonis milites, Heinricus in Lapidibus, Johannes pistor frater earnalis supradicti prioris et alii quamplures. Nos Chonradus abbas monasterii de Lueela rogatu prediete priorisse et conventus necnon supradicti civis presentibus sigillum nostrum duximus apponendum.[n])

30. *I. Die Brüder Johann und Heinrich von Butenheim geben ihr Haus Landser der Kirche Basel und empfangen dasselbe wieder von ihr zu Lehen.* *Basel 1269 Dezember 7.*

Abschrift von 1441 im AltLBBern fol. 61 (B). — Abschrift im AltLB. Karlsruhe fol. 77ᵛ (B¹).

Schöpflin 1, 465 nº 659 nach dem Original im bischöflich baselischen Archiv = Schönemann 2, 29 nº 14. — Trouillat 2, 190 nº 143 nach B.

---

29. b) Lucela *in A¹*. c) *corrigiert aus* genuerint *in A und A¹*. d) solvendos *in A¹*. e) quo ipse tenuit *fehlt in A¹*. f) addiit *in A*. g) nostro *fehlt in A¹*. h) *der letzte Schaft des* VIIII *in A nachgetragen*. i) beati *fehlt in A¹*. k) Attemswilr *in A¹*. l) Rûdolfus *in A¹*. m) Rnubere *in A¹*. n) Nos *bis* apponendum *von gleicher Hand nachgetragen in A und A¹*.

Hier ist nach B zu lesen: S. 190 Z. 5: fùrmittem *statt* furemitten; *Z. 12:* vor *statt* von; *Z. 18:* was unser lûten darin zûhet, die sûllen uns sunderlich dienen darnach als ouch inne und uße. Was aber anderer lûte darin zûhet, der dienst *u. s. w.; Z. 24:* verlorn; *S. 191 Z. 7:* Berchtold *statt* Berschtold; *Z. 11:* Walther *u. a. m.* — * *Münch 2, 57 n° 25.*

II. Gegenbrief ausgestellt von Bischof Heinrich, dem Domcapitel, Bürgermeister und Rat von Basel. — *1269* —

Abschrift von 1441 im AltLBBern fol. 60 (B). — *Abschrift im AltLBKarlsruhe fol. 76 (B¹).*

Trouillat 2, 191 n° 144 nach B. — * *Münch 2, 57 n° 26.*

31. *Das Stift St. Leonhard leiht dem Nicolaus und seiner Frau ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1269 Dezember 15.*

Original Lh. n° 25 (A). — * *Lh. D. fol. 153v.* — * *Lh. B. fol. 68.* * *Arnold 265.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: litera de domo Ômannes.
An einer Schnur hangt das Siegel von St. Leonhard (n° 48).

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus litterarum Albertus prepositus et conventus de sancto Leonardo Basiliensi noticiam subscriptorum. Quoniam ad ambiguitatis scrupulum in posterum precavendum necesse est hominibus acta sua litteris conmendare, ideo significamus omnibus presentibus et futuris, quod conparentibus coram nobis Rûdolfo cive Basiliensi dicto Fûstelinc et uxore sua Mehtilde humiliter et devote supplicabant, ut domum ipsorum contiguam cimiterio Minorum fratrum, quam ab ecclesia nostra jure hereditario possidebant, de qua nobis annuatim in festo Martini quinque solidi nomine census dantur et unus messor in tempore messium, Nicolao et uxori sue Gûte concederemus possidendam. Nos precibus eorum annuentes ipsa domo in manus nostras, ut juris est, resignata sub eodem jure ipsam domum eisdem pro censu et messore, sicut predictum est, prenominato jure concessimus hereditario possidendam. In cujus rei testimonium scriptum presens sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes qui interfuerunt: Wernherus custos, Fridericus, Nicolaus, Reinherus, Fridericus, Petrvs, Johannes, Jacobus, Chûnradus et Chûnradus fratres nostri, Johannes de Wildeke clericus, Johannes dictus Rôber miles, Johannes dictus Maser, Hermannus de Altinbach cui ipsa domus obligata fuerat, Burchardus villicus de Kapella, Petrvs de Bermswilr, Hvgo Hostein, Berhtoldus de Almirswilr, Wal[therus] Xenti, Petrvs der wchirer et alii quamplures. Acta sunt hec ante sanctum Oswaldum, hora vespertina, octavo decimo kal. januarii, anno domini MCCLXVIIII, inditione tercia.[a])

---

31 a) *Offenbar ist hier* decima *ausgefallen.*

32. *Albert, weiland Bischof von Regensburg, verheisst denjenigen, welche die Johanniterkirche in Mülhausen an gewissen Festen besuchen, Ablass.* *Basel 1269 —*

Beinahe völlig gleichlautend mit nº 26.

Datum in Basilea, anno domini M°CC°LXIII°.

Original im BA. Kolmar, Comthurei Mülhausen nº 5 (A).

Das (an gelben und roten Seidenfäden hängende) Siegel fehlt.

33. *Das Stift St. Peter leiht dem Heinrich von Wolschweiler, seiner Frau und seinem Sohne Güter zu Erbrecht.*

Basel 1270 Januar 21.

*Original Lh. nº 26 (A). — Deutsche Übersetzung des 16. Jh. Lh. Ppurk. nº 5. — * Lh. B. fol. 106v.*

Arnold 336 nach A.

Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jh.: litera de agris ze Steinumcruce.

Eingehängtes Siegel von St. Peter (nº 40).

Nos C[honradus] decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis notum facimus universis, quod nos domum et aream et ortum ac agros, ea videlicet omnia, que emimus a . . relicta Chv̊nradi dicti Zolner, ad resignationem Chonradi de Almswilr et duorum filiorum suorum, quibus predicta bona concessceramus, Heinrico de Wolfswilr et uxori sue Mehtildi et filio suo Bertoldo concessimus sub jure hereditario et tali censu sicut et illi prius habebant videlicet, ut unam libram denariorum Basiliensis monete divisim in jejuniis quatuor temporum persolvant pro nobis et loco nostri preconibus sive amannis civitatis. Qui scilicet denarii debentur ipsis annuatim de possessionibus memoratis, et insuper nobis tres verincellas spelte in nativitate beate virginis et duos pullos in festo beati Martini et in carniprivio in cimiterio sancti Petri persolvant et presentent annuatim, et sine nostro consensu nunquam debent dividere seu particularem divisionem facere de possessionibus antedictis. Sciendum est etiam, quod predicte possessiones a solutione decimarum de jure et approbata consuetudine sint inmunes. Dat. et act. apud sanctum Petrum, anno domini M°CC°LXX°, die sancte Agnetis. Sigillata est hec litera sigillo capituli sancti Petri in testimonium prescriptorum. Testes: Chonradus decanus, Chonradus custos, decanus de Stena, Burchardus scolasticus, magister Ruodolfus cantor, Waltherus canon[icus], Ruodolfus de Walon, Chonradus banwart, Chonradus de Almswilr et filii sui Heinricus et Chonradus et alii fide digni. Est etiam sciendum, quod, quando contingit predicta bona concedi, tres solidi pro honorario censu tantumodo dari debent.

34. *Das Domstift leiht dem Stift St. Leonhard ein Haus.* *— 1270 Januar 26.*

Abschrift von 1295 in Lh. H. fol. 8v nº 35 (B).

*Trouillat 2, 197 nº 150 nach B. — * Arnold 107. * Münch 2, 58 nº 27.*

35. *Der Vicepräceptor des Johanniterordens in Deutschland bestätigt den Verkauf vom 21. Oktober 1269 (s. nr 27 und 28).*

— 1270 Februar 2.

Original im StA. Aarau, Olsberg nr 63 (A). — Abschrift von 1701 im GLA. Karlsruhe (B).

Erwähnt in ZGO. 3, 194 nach B zum 25. März.

An Pergamentstreifen hängt das Siegel des Vicepräceptors (nr 83).

Omnibus presentem paginam inspecturis frater Berngerus sacre domus Hospitalis Ierosolimitani humilis vicepreceptor per Alemanniam orationum munus in domino Jesu Christo. Noverint universi presentium inspectores, quod omnia bona nostra sita in Basilea, que a domino Cûnrado milite dicto Kozzen de Vriburg habuimus et hucusque libere possedimus, dominabus de Holsperg dedimus pro quadraginta duabus marcis argenti per manus fratrum nostrorum H[irsekorn] et B[erehtoldi] conmendatorum de Vriburg et de Basilea in perpetuum in proprietatem liberam possidenda ratam et gratam habentes venditionem factam a fratribus prenotatis. Ne autem dominabus predictis aliquod a nobis aut nostris sequacibus in posterum in emptione predicta periculum generetur, presentes nostras litteras ipsis dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Dat. anno domini M̊C̊C̊L.X̊X̊, in die purificationis beate[a]) virginis.

36. *Rudolf von Regisheim, Bürger von Mülhausen, bekennt, dass an den von seiner Frau hinterlassenen liegenden Gütern ihm nur die Nutzniessung, das Eigentum aber dem Arnold von Elmingrin zustehe.* *Basel 1270 Februar 11.*

Original Pt. nr 37 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 40 nr 68 (B).

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (nr 35).

. . officialis curie Basiliensis universis presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod Rodolfus de Regenshein civis in Mulnhusen confessus fuit in nostra presencia se omnia bona inmobilia, que ad uxorem suam quondam Mehtildim pertinebant vel quocunque modo ab ea possidebantur vel detinebantur tempore mortis sue, tanquam usufructuarium possidere et solum usufructum, quoad vixerit, in eisdem bonis habere debere, proprietatem vero eorundem bonorum vel omne jus, quod predicta Mehtildis in hiisdem habuerat bonis tempore sue mortis, profitetur ad Arnoldum de Elmingrin tanquam heredem legitimum quondam uxoris sue predicte pertinere, que bona inmobilia confessus fuit se nomine dicti Arnoldi tenere ac possidere, promittens eidem Arnoldo per stipulationem eadem bona finito usufructu reddere et restituere. Insuper promisit dictus Rodolfus se declaraturum universa et singula inmobilia bona, que uxoris sue quondam Mechtildis tempore mortis ejusdem fuerant et ad eam pertinebant, quandocunque

35. a) beatis *in A.*

per eundem Arnoldum fuerit requisitus. Insuper dominus Conradus custos sancti Petri in Basilea et dictus Arnoldus promiserunt eidem Rodolfo de Regenshein eum defendere in judicio et extra contra quoscunque bona uxoris sue quondam Mehtildis petentes quasi predicte Mehtildis heredes et, si quod dampnum[a]) ex hoc incurrerit, hoc fideliter resarcire. Preterea dictus Arnoldus renunciat omni juri ac peticioni bonorum mobilium, que prefata Mehtildis tempore mortis sue habuerat, faciens eidem pactum stipulatione vallatum de non petendis aliquibus rebus mobilibus vel se moventibus. Et hec universa et singula ab utraque parte juramento prestito firmata fuerunt. In hujus rei testimonium nos . . officialis sigillum curie appendimus. Actum Basilee, anno domini M°CC°LX°X°, tercio idus februarii[b]), presentibus domino E[rkenfrido] cantore Basiliensi, domino Ber. doctore legum, Conone de Westhalden testibus vocatis et rogatis.

Ego Conradus notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

37. *Rudolf von Regisheim verzeichnet die ihm von seiner Frau hinterlassenen Güter bei und in Mülhausen.*

Mülhausen 1270 Februar 25.

Original Pt. n° 38 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 39° n° 65 (B).
Eingehangtes Siegel: † S . VNIVERSITATIS . DE . . . . . SEN .

Universis presentem literam inspecturis ego Ruodolfus de Regenshein memoriam subscriptorum. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod bona subscripta sunt hec, que . . felicis memorie uxor mea quondam, dum adhuc esset in vita, mihi sicut fieri solet in dotalicium assignavit, quod vulgo dicitur widemete, videlicet viginti septem jugera agrorum et quatuor juch vinearum dimidio minus et terciam dimidiam libram denariorum censualium jure hereditatis. Jugera agrorum sita sunt in locis hiis subnotatis: sex jugera uf Roden zeint uf Erthusen, item unum juger an dem nidern Ende juxta agrum Heinrici de Porta militis, item X jugera juxta novale domini Johannis de Reno militis an dem Vrienholze, item unum juger an dem Habechensheimere phade, item unum juger versus villam Richenshein, item unum juger bi dem Holzwege, item unum juger juxta agrum Alberti de Vlahslanden, item unum juger juxta vineas de Richenshein, item unum juger juxta agrum V°lrici de Morswilr, item quatuor jugera uf dem Sulzberge. Hec sunt vinee: unum juch juxta vineas Cononis de Beroltswilr, item dimidium juch qui dicitur Turvalkenstucke, item unum juch ze Swechiugen, item unum juch zc Lebratshein in der Scheme. Item census duarum librarum et dimidie in civitate Mulnhusen de domibus juxta curiam Cû̊nonis Juvenis militis. In cujus testimonium nos Heinricus de Porta, Chô̊no Jvuenis milites, Petrus de Trothoucn, Johannes de Regenshein consules de Mulnhusen ad petitionem predicti Ruodolfi sigillum universitatis nostre de Mulnhusen presenti cedule duximus appendendum. Dat. Mulnh[usen], anno domini M°CC°LX°X°, in crastino beati Mathie apostoli, indictione XIII°.

36. a) dapnum *in A.* b) frebruarii *in A.*

38. *Heinrich Brotmeister und sein Sohn verkaufen dem Kloster Klingenthal drei Mühlen, eine Säge und ein steinernes Haus in Klein-Basel.* *Basel 1270 Februar 27.*

Original Kl. nº 45 (A). — Auszüge von Wurstisen in WCD. fol. 19ᵛ und (hienach?) aus dem 16. Jh. in ChA. C. p. 209, beide irrig zu 1273.
Auszüge: Ochs 1, 399 Anm. — Trouillat 2, 183 Anm. nach WCD. — BxtF. 137 Anm., alle irrig zu 1273.
Die (hängenden) Siegel fehlen.

Ruodolfus prepositus, Chonradus decanus et capitulum ecclesie Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi tam posteri quam presentes, quod Heinricus dictus Brotmeister civis ulterioris Basilee et V̊lricus filius suus vendiderunt et tradiderunt pro centum sexaginta quinque marcis argenti Wernhero converso monasterii de Clingendal dicto de Loufenberch ementi et recipienti nomine sui monasterii supradicti tria molendina sita prope Renum habentia novem rotas et unam serram et domum lapideam nunc inceptam cum suis attinentiis scilicet cum arca, cujus proprietas pertinet ad religiosas dominas sancte Clare extra portam Spalon, et cum alia area, cujus dominium ad Heinricum de Tasvenne pertinet, cujus precii quantitatem scilicet centum marcas confessi fuerunt iidem Heinricus et V̊lricus filius se recepisse et sibi traditas esse et appensas, renunciantes quantum ad dictam pecuniam exceptioni non numerate et non solute sibi pecunie. Residuam vero pecuniam scilicet sexaginta quinque marcas argenti promisit dictus Wernherus conversus hiis terminis solvere, scilicet quadraginta marcas argenti usque ad festum sancti Johannis baptiste proxime venturum et viginti quinque marcas usque ad nativitatem beate virginis proximo subsequentem, pro qua pecunia nondum exsoluta dati fuerunt fidejussores Reinherus cantor sancti Petri, dominus Petrvs Schalarius tunc temporis magister civium, dominus Heinricus Monachus, Jacobus Marschalcus, Johannes Roubarius milites, Johannes de sancto Martino, Johannes Maser, Chonradus filius domini Ludwici institoris cives Basilienses, qui promiserunt, quod, si unaqueque pecunia suis terminis non fuerit exsoluta, ipsi fidejussores se in ulteriorem Basileam, quando moniti fuerint per predictum Heinricum vel V̊lricum ejus filium, in obstagium presentabunt, ubi rebus venalibus pocientur et dormient, quamdiu prefata pecunia non fuerit suis terminis exsoluta. Et facta fuit predictorum bonorum venditio et traditio consentientibus dominis, a quibus eadem bona in emphitheosim habentur, scilicet a nobis decano et capitulo Basiliensi, a quibus dicta tria molendina recepta fuerunt cum suis appendiciis universis et per nos decanum nomine capituli in manus prefati Wernheri conversi concessa sub annuo censu trium librarum Basiliensis monete in quibusdam festis et anniversariis solvendarum, de quibus molendinis nomine census honorarii, qui vulgo dicitur erschatz, quinque solidi tantummodo dari debent. Ad hoc etiam prestiterunt suum assensum religiose domine de sancta Clara, a quibus jure emphitheotico quedam area inter suprascripta bona possidetur sub annuo censu decem et

Digitized by Google

septem solidis Basiliensis monete. Item ad hanc venditionem consensit Heinricus de Tasevenne, cui ratione cujusdam aree inter predicta bona site tredecim solidi annis singulis persolvuntur, qui census universi solent a possessoribus eorundem bonorum dari et prestari. Preterea ne litigium occasione aque ad supradicta molendina defluentis inter vendentes et ementes et eorum successores tam universales quam singulares oriri possit et valeat, pactum in ipsa venditione inter eosdem initum fuit et stipulatione vallatum, quod, quandocunque aqua veniens de fluvio dicto Wisa divisa fuerit equaliter in alveum, qui tendit ad predicta tria molendina, et in alterum alveum ad alia molendina tendentem, que aqua dividitur extra muros[a]) ulterioris Basilee prope domum lapideam predicti Heinrici, idem Wernherus conversus et monasterium de Clingendal vel ad quos predicta bona deinceps pervenerint nullam possint super diminutione aque movere vel intendere questionem, sed, si minus habuerint, ad hoc agere valeant, ut medietatem habeant non minutam. Insuper dictus Heinricus et V̊lricus ejus filius promiserunt pro se et suis heredibus predicto Wernhero converso recipienti dictam promissionem et stipulanti nomine sui monasterii de supradictorum bonorum evictione et ad omne interesse et dampnum obligarunt.[b]) Act. Basilee in domo domini . . decani, anno domini M̊CC̊LX̊X̊, tercio kl. marcii, indictione XIII̊, presentibus Erkenvrido cantore, Johanne de Ratoltstorf cellerario, Wernhero Schalario, V̊lrico de Turinkein, Heinrico scolastico, Dietrico in Fine canonicis Basiliensibus et fidejussoribus suprascriptis. Ut autem prelibata venditio firmitatem obtineat atque robur, presentem paginam sigillo domini episcopi nostrique capituli necnon civitatis Basiliensis fecimus consignari. Nos Heinricus dei gratia episcopus, nos Petrus Schalarius magister civium et consules Basilienses rogatu predictorum ementium et vendentium sigilla nostra concessimus presentibus appendenda in testimonium prescriptorum.

39. *Das Kloster St. Alban leiht dem Schmied Ludwig vom Kreuz eine halbe Hofstatt zu Erbrecht.* *Basel 1270 März 13.*

Original Al. n° 50 (A). — Abschriften in Al. A. p. 52 (B) und von Basilius Amerbach in ChA. C. p. 188 (B¹).

Arnold 337 nach A.

An Bändern hängen die Siegel des Priors (n° 54) und des Klosters (n° 52).

Willelmus prepositus totusque conventus monasterii sancti Albani extra muros civitatis Basiliensis omnibus Christi fidelibus. Noverint universi, quod nos olim communicato consilio et bona deliberatione prehabita aream et locum aptum ad molendinum situm vffen Owe juxta tileam, quem locum dictus der Sewer a nobis habuit, Heinrico dicto de Vriburch fabro, civi Basiliensi, desertum penitus et igne vastatum cum suis pertinentis concessimus pro annuo censu viginti duorum solidorum in jejuniis quatuor temporum persolvendorum sub jure hereditario perpetuo possidendum tali interposita

38. a) moros *in A.* b) obligarunt *übergeschrieben in A.*

condicione, quod pro censu honorario, quandocunque contigerit illum debere persolvi, quinque tantum solidi deberent dari et idem census dari deberet domino Heinrico scolastico majoris ecclesie, cujus fuit stipendium pro tempore vite sue, post suum vero decessum ad manus nostras possemus habere, si placeret, non obstante concessione predicta, ita tamen, quod predicto Heinrico dampnum suum et impensas in eodem loco factas refunderemus ad estimationem et arbitrium discretorum. Igitur venit ad nos supradictus Heinricus et dimidiam partem ejusdem arec et loci, quam adhuc ad manus suas tenebat et nune vendidit Ludewico fabro de Cruce, nobis in manus nostras resignavit nosque ipsam dimidiam partem, sicut juris est et consuetudinis, ad suam peticionem prelibato Ludewico concessimus sub jure hereditario et condicionibus prelibatis et censu, qui dimidiam partem contingit, perpetuo possidendam. In cujus facti memoriam presenti litere sigilla nostra duximus appendenda. Testes sunt Reinherus faber, Sevridus faber, Rodolfus de Tirminach, Heinricus frater suus, Heinricus zunftmeister, . . dictus Wekerli, Heinricus Liebovge, Helwich filiaster suus, Chonzo faber, Johannes de Steten et alii quamplures. Act. Basilee, anno domini M°CC°LXX°, in crastino beati Gregorii.

40. *Der Domscholaster Heinrich im Thurn als Vormund seiner Nichte Elisabeth leiht dem Heinrich Reizo Äcker und eine Matte zu Erbrecht.* *Basel 1270 März 17.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 64 (A).
Das Siegel fehlt.

Heinricus dictus in Turri scolasticus Basiliensis universis presentes literas inspecturis salutem in domino. Sciant presentes et posteri, quod ego nomine Elizabet pupulle filie quondam Conradi fratris mei militis dicti in Turri, cujus sum tutor legitimus, Heinrico dicto Reizo civi ulterioris Basilee sex jugera agrorum et dimidium et pratum continens duas partes unius manwerch pro censu novem solidorum divisim in festis sanctorum Johannis baptiste et Andree apostoli persolvendorum et duobus circulis dandis nomine revisorii in festo beati Martini concessi jure hereditario possidenda hoc adjecto, quod manu mutata tres solidi in honorario sunt solvendi. Actum et datum Basilee, anno domini M°CC°LX°, XVI. kalend. aprilis. In cujus rei testimonium presentes literas sigilli mei munimine consignavi. Testes: Conradus de Löfen dyaconus, Sifridus scultetus, Heinricus dictus Sniz, Arnoldus de Lörach cives ulterioris Basilee et alii quamplures fidedigni.

41. *Graf Ulrich von Pfirt verzichtet auf seine Rechte an den Gütern, welche die Brüder von Zässingen dem Kloster St. Clara geschenkt haben.* *Pfirt 1270 März 22.*

Original Cl. n° 8 (A).
An Pergamentstreifen hängt das Siegel des Grafen (n° 87 und n° 87ª).

Universis, ad quos presentes pervenerint, Vlricus comes Phirretensis noticiam subscriptorum. Noverint singuli et universi, quod nos ad laudem et gloriam dei et ad petitionem civium Basiliensium necnon fratrum Minorum et aliorum honestorum virorum possessiones, bona et jura omnia, que fratres Minores laici dicti de Zasingen adhuc in seculo existentes contulerunt monasterio ordinis sancte Clare in Basilea, libera eidem monasterio dimisimus et dimittimus et, si quod jus nobis vel nostris heredibus in eisdem possessionibus, bonis vel juribus conpetit vel conpetebat, libere resignamus renunciantes omni juri canonici et civilis ac consuetudinis [a]), quod nobis conpetit vel conpetere posset contra hoc instrumentum et factum nostrum, et ad hec omnia et singula nostros heredes esse volumus obligatos et ad hoc ipsos tenore presentium obligamus. Insuper dictas sorores predicti monasterii ac ipsarum bona ac possessiones in nostram recipimus protectionem per totum districtum nostrum volentes ipsas et ipsarum bona pro posse defendere bona fide. Testes horum sunt dominus H[einricus] de Liebenstein, Wernherus Worandus, Conradus de Eptingen, Vlricus de Phirreto et Otto de Knoringen milites et frater Hartungus et frater Hecelo de Zasingen fratres Minores. Et quod omnia certa et firma permancant, presentem paginam nostri sigilli muniminc roboramus. Acta sunt hec apud castrum Phirretense, anno domini M°C°LX°X, undecimo kal. aprilis.

42. *Das Predigerkloster zu Basel tritt demjenigen zu Bern sein Gebiet jenseits des Hauensteins ab.* *Basel 1270 März 29.*

Original Pr. n° 84 (A).

Fontes 2, 739 n° 684 nach einer Abschrift im StA. Bern. — Trouillat 2, 198 n° 151 nach einer ebensolchen. Hier ist zu lesen Z. 1: fratrum ordinis; *Z. 4:* Howenstein; *Z. 5:* Solodorum, Balztal; *Z. 11:* M°C°LX°X, in sabbato sicientes. — *Erwähnt in SW. 1829, 148 Anm.*

Von den fünf an Pergamentstreifen hängenden Siegeln sind noch drei vorhanden: 1. . . ONVE . . S . FRA . . . PDICATOR . D . . . 2. Prior von Basel (n° 60). 3. Prior von Bern (n° 61).

43. *Ludwig der Schmied vom Kreuz und sein Vetter Jacob leihen dem Müller Geruug von St. Alban ein Grundstück zu Erbrecht.* *Basel 1270 April 17.*

Abschrift des 15. Jh. in Al. C. fol. 19° nach VBO. von 1311 Juli 23 (C).

Wilhelmus prepositus totusque conventus monasterii sancti Albani extra muros civitatis Basiliensis omnibus Christi fidelibus. Noverint universi, quod Ludewicus faber de Cruce et Jacobus filius avunculi sui de consensu et consilio nostro aream et locum aptum ad molendinum situm vffen Öwe cum suis pertinenciis, quem videlicet locum et aream iidem in solidum a nobis tenent pro certo censu ad tempus vite sue, prout in instrumento super hoc

41. a) *so in A.*

confecto plenius continetur, Gerungo de sancto Albano molendinario concesserunt, ut ibidem molendinum construat, sicut sibi viderit expedire, et deinceps annuatim persolvat eis, quamdiu vixerint ambo vel alter eorum, semper in festo beati Bartholomei apostoli unam vierenzellam puri tritici et unam verneellam de communi depaleata annona, que vulgo dicitur mùlikorn, et in nativitate domini nostri duas verneellas ejusdem annone depalcate. Ipsis vero defunctis nobis scilicet ecclesie sancti Albani quatuor verneellas jamdicte annone depaleate persolvat singulis annis divisim in jejunio quatuor temporum. Et quicumque occurrerit censum honorarium, qui vulgo dicitur ersehatz, debere persolvi, loco hujus census quinque solidi debent dari. Insuper dabit idem Gerungus predicto Ludewico et Jacobo, quamdiu vixerint ambo vel alter eorum, annuatim sex pullos, tres in festo beati Martini et tres in carnisprivio. Ipsis vero defunctis nobis dabunt quatuor in terminis antedictis. In hunc autem modum ratificamus eidem Gerungo jus hereditarium in loco et arca supradicta per sigilla venerabilis in Christo domini prepositi sancti Leonhardi et domini decani majoris ecclesie Basiliensis et per nostra sigilla presentibus in testimonium appendentes. Nos prepositus sancti Leonhardi et nos deeanus antedicti ad petitionem predictorum dominorum de sancto Albano sigilla nostra huic pagine dedimus appendenda. Testes: Johannes Rôbarius miles, Wernherus monetarius, Burkardus de Honwalt sutor, Johannes waehtmeister, Liebôge aurifaber, Heinricus faber de Cruce et alii quamplures. Actum apud sanctum Albanum in claustro, anno domini M°C°LX°X°, XV. kln. maii.

44. *Ritter Konrad Mönch leiht dem Rudolf Haldahüsli und dessen Frau ein Grundstück zu Erbrecht.* *Basel 1270 April 19.*

Original Lh. n° 27 (A). — * *Lh. D. fol. 164v.* — * *Lh. B. fol. 85v.*
Arnold 338 nach A. — * *Arnold 266.*
An einem Bande hangt das Siegel des Konrad Mönch (n° 101).

Ego Chonradus dictus Monachus miles Basiliensis notum facio universis, quod ego territorium situm Spalon in latere domus fabri de Tirminach, quod canonici de sancto Petro a relicta quondam thelonearii emerunt[a]) et a me sub jure hereditario et annuo censu ac semper consueto videlicet quatuor solidis denariorum et quatuor cireulis possederunt, ad dictorum canonicorum resignationem videlicet Burchardi scolastici et Reinheri cantoris super hoc ex parte totius capituli plenum mandatum habentium Rodolfo dicto Haldahûsli et Richenze uxori sue, qui ipsum territorium[b]) pro certa summa pecunie conpararunt, concessi sub jure predicto hereditario et annuo censu prenominato mihi et meis posteris persolvendo perpetuo possidendum, sigillum meum presentibus literis in testimonium appendendo. Testes, qui huic resignationi et concessioni interfuerunt: Waltherus in Lapidibus ejusdem ecclesie

---

44. a) emerunt *auf Rasur in A.* b) qui ipsum territorium *auf Rasur in A.*

canonicus, Johannes dictus de Liestal sacerdos, Conradus de Leimen, Johannes Romanus sutor, Petrus de Hagendal sutor, Heinricus cellerarius domini de Reno, Volmarus serviens meus et alii quamplures. Actum in atrio juxta majorem ecclesiam sub tilea, anno domini M̄CC̄LX̄X̄, XIII. kl. maii.

45. *Der Propst von St. Leonhard spricht Margaretha, der Stieftochter des Kuno Rulun, das Eigentum der Hälfte eines Hauses zu. Basel 1270 Juni 3.*

Original Lh. n° 28 (A).
Arnold 338 nach A.
An Faden hängt das Siegel von St. Leonhard (n° 48).

Universis Christi fidelibus presencium inspectoribus litterarum Albertus prepositus de sancto Leonardo Basiliensi noticiam subscriptorum. Cum hominum vita sit brevis, memoria fragilis, necesse est, ut facta, quorum memoria requiritur, ad posteros scripture testimonio transmittantur. Innotescat igitur omnibus presentibus et futuris, quod nos die prefixa Chv̊noni dicto Rvtun et privingne suc Margarete ad recipiendam justiciam super dimidia domo prope turrim domini cantoris, de qua nobis decem denarii in festo beati Johannis baptiste nomine census et dimidius messor tempore messium dantur, de qua domo se plenam dicebat habere warandiam, cum diu exspectaremus et hora temporis judicii nostri consueta elapsa nec veniret nec aliquem loco sui mitteret nec jus nec warandiam promissam coram nobis declararet, dicta Margareta conparente et prout debuit exspectante, nos de juratorum ecclesie nostre consilio et sentencia ipsam dimidiam domum antedicte Margarete per sententiam adjudicavimus, eam per Wernherum custodem ecclesie nostre in ipsius domus misimus possessionem. In cujus rei testimonium scriptum presens sigilli nostri munimine duximus roborandum. Testes: Wernherus custos, Fridericus senior fratres nostri, Wezel cellerarius, Hvgo Brogant, Willehelmus de Mahstat, Johannes dictus Tv̊felli, Rv̊degerus minister, Eberhardus carnifex, Rv̊di mv̊lnere, Mv̊ge, Johannes de Tegervelt cives Basilienses et alii quamplures. Actum ante capellam sancti Oswaldi, anno domini M̄CC̄LX̄X̄, feria tercia infra ebdomadam pentecostes.

46. Item ein brief inhaltende, wie Conradus Theloncarius genant, burger zu Rinfelden, herrn propst und capitel sant Lienhart gotshuß ze Basel all sin gut, so er ze Winterschwiler gehept, an ein jarzit vergabet hat. Datum XII^{C}LXX im junio. — *1270 Juni* —

*Eintrag des 16. Jh. in Lh. B. fol. 36. — * Lh. D. fol. 193^{v}.*

47. *Das Domstift leiht der Frau des Heinrich Bottminger ein Haus zu Erbrecht. Basel 1270 Juli 7.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 65 (A).
Herrgott 2, 424 n° 512 aus dem Olsberger Archiv = Trouillat 2, 202 n° 154. Hier ist zu lesen S. 202 Z. 12: Botminger; *Z. 14:* dicti

de Muspach; *Z. 18:* Irmendrudi; *Z. 20:* Irmendrudis; *S. 203 Z. 3:* Heinrico Camerarii, Hugone de Mummeliswilr, Lûtoldo; *Z. 4 und 5:* Johanne; *Z. 6:* Beinwiler. — * *Georgisch 1, 1218 nº 38.* — * *ZGO 4, 235.* — * *Arnold 41.* — * *Munch 2, 58 nº 28.*

An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Domstifts (nº 18).

48. *Ritter Dietrich Schnewlin tauscht mit dem Bischof von Basel Güter zu Richen, Höllstein, Inzlingen und Weil gegen Güter zu Kirchhofen, Umkirch und Bischoffingen.* *Basel 1270 August 17.*

Trouillat 2, 203 nº 155 nach Abschrift in CDB.

49. *Das Stift St. Peter setzt dem Chorherrn Walther von Steinen, der seine Behausung dem Chorherrn Heinrich von Wyhlen abgetreten hat, dafür eine lebenslängliche Rente aus.* *— 1270 August 23.*

Abschrift von 1306—1325 in Pt. H. fol. 19 nº 16 (B).

Nos Cv̊nradus prepositus, Cv̊nradus decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod, cum nos de conmuni consilio et consensu aream curie claustralis ad nostram ecclesiam pertinentis, quam magister Heinricus de Wilon concanonicus noster tenuit, inspecta utilitate ecclesie nostre pro redditibus triginta verincellarum annone ad nostros usus conmunes cedentium perpetuo permutaverimus et ob honorem ecclesie nostre et preces nostras Waltherus dictus in Lapidibus concanonicus noster curiam suam claustralem cesserit magistro Heinrico, ut eam habeat loco predicte[a]) claustralis arec permutate, nos de unanimi voluntate et consilio supradicto Walthero in reconpensationem statuimus annuam pensionem videlicet quindecim verincellas spelte, quamdiu vixerit, et ex eisdem verincellis[b]) etiam post mortem suam quatuor verincelle cedere debent Mehthilde puelle ad tempus vite sue, sive in religione sive extra fuerit. Deinde ambobus defunctis erit ecclesia nostra appensione predicta libera et inmunis. Ad hanc autem pensionem solvendam infra festum assumptionis beate virginis et nativitatis ejusdem in civitate Basiliensi predicto Walthero et puelle, sicut predictum est, ecclesiam nostram et nos presentibus literis obligamus procurantes easdem literas domini nostri R[udolfi] de Habspvrg prepositi majoris ecclesie nostrisque specialibus prepositi et decani ac nostro conmuni capituli sigillis in premissorum testimonium consignari. Act. et dat. anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊, in vigilia beati Bartholomei. Nos R[udolfus] de Habspurg prepositus Basiliensis rogatu predictorum capituli sancti Petri Basiliensis sigillum nostrum duximus presentibus appendendum.

50. *Der Domscholaster Heinrich im Thurn stiftet und begabt einen Altar im Münster.* *Basel 1270 September 2.*

---

49. a) predicto *in B.* b) verincellas *in B.*

Original im GLA. Karlsruhe, Domstift Basel (A).
Von zwei Siegeln hangt noch das des Bischofs (№ 15).

Heinricus dei gratia Basiliensis episcopus universis presentes literas inspecturis salutem in Christo Jesu. Quoniam vita hominum est brevis, memoria labilis, expedit, ut ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripture testimonio ad posteros transmittantur. Noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod Heinricus dictus in Turri scolasticus ecclesie nostre intuitu divine retributionis nostro accedente consensu in ecclesia nostra Basiliensi erexit altare in honore sancti Pauli apostoli et eidem altari contulit redditus et possessiones jure proprietatis ad eum libere pertinentes, sitas in parrochia, villis et bannis Ratolstorf, Dieprechtswilr et Bisistorf tam in pratis quam in agris, cultis et incultis, silvis paschuis domibus ortis, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, et redditus unius libre denariorum, que solvitur divisim in jejuniis quatuor temporum de quibusdam areis sitis in civitate Basiliensi ex opposito domus, que vocatur ad Coronam, et manu mutata octo solidi dantur in honorario ita, quod medietas ad cereos altaris predicti, ad lumen vero lampadis ante ipsum altare pendentis cedat perpetuo alia medietas hujus libre. Sacerdos etiam altaris predicti sic debet esse astrictus choro ecclesie nostre, quod tam diurnis quam nocturnis horis sua presencia gaudeat ipse chorus. Et ut idem pleniorem sustentationem habeat, de voluntate Rodolfi prepositi, Conradi decani totiusque capituli nostri curiam ecclesie Geckingen pertinentis ad ipsum capitulum perpetuo et inseparabiliter sepefato altari annectimus ita, ut eo ipso, quo quis consequitur donum ejusdem altaris, sic etiam per consequens incuratus in Geckingen, investitura tamen a nobis vel nostris successoribus est prestanda. Ne autem super prebenda eidem incurato a capitulo nostro assignata in posterum dubitetur, eam presentibus duximus declarandum. Singulis annis percipiat duodecim verincellas spelte et dimidiam verincellam leguminis cum decima vini in Geckingen et census denariorum, quos hucusque consuevit ibidem recipere capitulum cum oblationibus anniversariis et remediis quibuscunque. Ordinavit etiam dictus scolasticus de voluntate nostra et capituli nostri, ut decanus ecclesie nostre, qui pre ceteris magis debet esse sollicitus circa chorum, prenominatum altare, cum vacaverit, sacerdoti non alteri persone inferioris gradus conferat et, si a tempore vacationis infra quindecim dies illud non contulerit vel si contulerit, non tamen persone in sacerdocio existenti, ea vice potestas conferendi ad ecclesie nostre prepositum devolvatur, qui infra alios quindecim dies illud conferre tenebitur precise persone in sacerdotio constitute. Sciendum insuper, quod sacerdos altaris prenominati servire debet tam choro quam altari per se non per alium et, si ad locum alium se transtulerit vel receperit aliud beneficium, propter quod contingat eum in frequentacione chori vel altaris ministerio impediri, nisi sine dilatione qualibet celeriter infra quindecim dies redierit vel beneficium receptum non dimiserit, extunc memoratum altare vacet ipso jure et decanus illud libere conferat et, si negligens fuerit, ad prepositum sicut supra collatio pertineat, ea vice servata tamen perpetuo in conferendo forma superius memorata scilicet,

ut infra dies quindecim conferatur persone in sacerdocio constitute. Si quis autem presentem piam ordinationem infringere vel ei ausu temerario contraire presumpserit, anathema sit et indignationem omnipotentis dei necnon Petri et Pauli apostolorum et omnium sanctorum suorum se noverit incursurum. In cujus rei testimonium nostro et capituli nostri sigillis presens litera est signata. Act. et dat. Basilee, anno domini M°CC°LX°X°, IIII. nonas septembris, indict. XIIII. Nos Rodolfus prepositus, Conradus decanus et capitulum Basilien[ses] sigillum nostrum dedimus presentibus in testimonium appendendum.

51. *Der Scholaster Burchard beschenkt den Marienaltar in St. Peter, damit der Caplan desselben sich bei der von Burchard errichteten Schule des Stiftes eine Wohnung bauen kann.*

— *1270 September 22.*

Original Pt. n° 39 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 15. Jh.: litera super scola in cimiterio sancti Petri contigua zem Hohen hus.

Die drei (eingehängten) Siegel fehlen.

Ego Burch[ardus] notarius scolasticus ecclesie sancti Petri Basiliensis notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego de consilio et consensu venerabilium dominorum meorum . . prepositi, . . decani et capituli sancti Petri donavi in remedium anime mee altari sancte Marie in dicta ecclesia sancti Petri, ut cappellanus ejusdem altaris Burchardus, qui nunc est, et successor suus, qui pro tempore fuerit, super scolas, quas construxi in fine cimiterii sancti Petri, habitationem suam habeat et supra et subtus scolas et a latere versus domum illius de Vfheim edificet et faciat, quicquid sibi ad commodum suum viderit expedire, supplicans dominis meis capitulo et specialiter domino meo preposito, ut in memoriam et robur hujus facti sigilla sua dignentur apponere unà cum parvitatis mee sigillo. Dat. anno domini M°CC°LX°X°, X. kl. octobr. Nos Conradus prepositus speciale nostrum, item nos Conradus idem prepositus, Conradus decanus et capitulum predicti sancti Petri[a]) commune nostrum sigilla in consensus nostri et predicte donationis memoriam presenti litere duximus appendenda.

52. *Das Kloster Lützel verkauft dem Stift St. Peter Zinse von zwei Häusern zu Basel.* *Basel 1270 September 25.*

Original Pt. n° 40 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 45 n° 86 (B).

Das (eingehangte) Siegel fehlt.

Universis presentem literam inspecturis . . abbas et conventus monasterii de Lucela Cisterciensis ordinis orationes in domino cum salute. Noverint universi, quod nos causa utilitatis et necessitatis monasterii nostri reditus decem solidorum, quos habebamus in quadam domo sita in civitate

51. a) et *bis* Petri *auf Rasur in A.*

Basiliensi in vico dicto under dem a) Bulgon, quam inhabitat Waltherus sartor dictus de Ruclis, et duos solidos in alia domo sita in monte sancti Petri, quam inhabitat Ruodolfus dictus zem Sôde, vendidimus juste et legaliter.. preposito, . . decano et capitulo sancti Petri Basiliensis et omne jus, quod in eisdem domibus conpetebat nobis vel conpetere videbatur, in ipsos transtulimus et transferimus per presentes, sigillum nostrum presentibus in testimonium appendentes. Dat. Basilee, anno domini M°CC°LX°X°, septimo kl. octobr. Protestamur etiam nos precium debitum recepisse videlicet decem libras et decem solidos et in usus proprios convertisse et renunciamus omni exceptioni et rei, per quam dicta posset venditio retractari.

53. *Das Kloster Unterlinden zu Kolmar erklärt, vom Stift St. Peter ein Haus zu Erbe zu besitzen.* — *1270 September 25.*

Original Pr. n° 86 (A). — *Abschrift in Pt. H. fol. 41° n° 73 (B).*

Auf der Rückseite von einer Hand des 15. Jh.: De pictantia Henmani von Erenfels.

An Pergamentstreifen hängen zwei Siegel: 1. . . . . E . BAPT . COL . . 2. . . . . HE . IN . COLV . . . .

Nos . . priorissa et conventus sororum de Columbaria dictarum de Vnderlindin de ordine Predicatorum notum facimus universis, quod nos habemus jure hereditario domum magistri Johannis apotekarii Basiliensis de ecclesia sancti Petri Basiliensis pro annuo censu viginti octo denariorum. Et ipsam domum recepit nomine nostro frater Eberhardus conversus et procurator noster, ipsoque decedente aliam personam cum censu honorario ipsis assignare debemus, que ipsam recipiat, et ad idem deinceps semper erimus obligate. Sigilla nostra presentibus in testimonium duximus appendenda. Act. et dat. anno domini M°CC°LX°X°, VII. kl. octobr.

54. R. Camerarius Basiliensis *Zeuge in einer Urkunde des Herrn Ulrich von Arberg.* *Biel 1270 Oktober 25.*

SW. 1827, 260 n° 14. — *Zeerleder 2, 35 n° 542.* — *Fontes 2, 749 n° 695, sämtlich nach einer Abschrift im StA. Bern.*

55. *Berthold von Elmengrin verkauft die von der Frau des Rudolf von Regisheim hinterlassenen Güter an Burchard, Scholaster von St. Peter, und dessen Schwester.* *Basel 1270 November 3.*

Original Pt. n° 41 (A). — *Abschrift in Pt. H. fol. 39 n° 64 (B).*

Von drei eingehängten Siegeln noch zwei: 1. † S . CONON . . . . AR . SCI . PETRI . BASILIEN. *2. Chorherr Rudolf von St. Peter (n° 46).*

Nos Welko custos ecclesie sancti Petri Basiliensis et plebanus Turicensis, Chono notarius domini episcopi et magister Rodolfus canonici ejusdem

---

52. a) *so in A.*

ecclesie sancti Petri notum facimus universis, quod constitutus in presentia nostra Berchtoldus filius Arnoldi de Elmengrin bone memorie fratris custodis quondam sancti Petri protestatus fuit, se proprietatem omnium possessionum, que ad patrem suum ex morte Mechtildis de Regenshein, uxoris Rodolfi dicti de Regenshein, civis de Mulnhusen, ex successione legitima tanquam ad proximiorem heredem fuerant devolute et eidem patri suo in forma judicii fuerunt recongnite et juramento interposito declarate, usufructu tantum apud predictum Rodolfum remanente, Burch|ardo| scolastico sancti Petri Basiliensis pro se et sorore sua Hemma, cum ipsi tanquam legitimi heredes in dicta proprietate patri suo successerint, juste et legaliter vendidisse, confessusque se precium integraliter recepisse dictam proprietatem sibi coram nobis donavit et jus suum totaliter in ipsum transtulit pleno jure. Nos igitur rogatu predictorum scolastici et Berchtoldi sigilla nostra presentibus appendimus in testimonium veritatis. Ego vero custos, quia sigillum meum penes me non fuit, sigillum domini .. prepositi sancti Leonardi Basiliensis apponi rogavi. Testes sunt magister Heinricus de Wilon canonicus sancti Petri, Albertus subscolasticus et alii. Act. apud sanctum Petrum in domo scolastici, anno domini M̊CC̊LX̊X̊, III. non. novembr. Ego Albertus prepositus sancti Leonardi Basiliensis sigillum meum predicto custodi concessi rogatus, ut eo in hac parte uteretur pro suo.

56. *Das Kloster Lützel verkauft dem Konrad von Basel und dessen Frau, Bürgern von Neuenburg, Güter zu Münchhausen.*

Neuenburg 1270 November 19.

Original Varia n° 1 (A).

Eingehängtes Siegel des Abtes von Lützel (n° 69).

Quoniam labilis memoria hominum de facili naturam temporum inmittatur oblivionis scrupulo mediante, solet prudentum sollercia acta sua litterarum apicibus perhennare. Noverint igitur universi, quos nosse fuerit opportunum, quod nos frater Conradus abbas in Luccla, ordinis Cisterciensis, Basiliensis dioecesis, de consensu conventus nostri considerantes utilitatem nostri monasterii in hac parte bona nostra sita in banno de Mvnchusen tantummodo illa, que Rodolphus dictus Gresilin et Rodolphus dictus Episcopus a nobis censualiter excolebant, solvencia quatuordecim quartalia et dimidium equaliter utriusque siliginis scilicet et avene, vendidimus Conrado dicto de Basilea et Methildi uxori sue, burgen|sibus| Noui Castri, et eorum heredibus universis salvis juribus curie de Mvnchusen, ad quam pertinent ipsa bona, pro IX marcis argenti legalis ad pondus Noui Castri transferentes in ipsos totum jus, quod nobis in dictis bonis conpetere videbatur, ita, quod predicti bona memorata libere possideant in perpetuum inconcusse, adhibitis cautelis et sollempnitatibus, que solent hujusmodi contractibus adhiberi. Quam pecuniam nos predicti abbas et conventus recepisse et in utilitatem nostri monasterii convertisse presentibus confitemur renunciantes omni beneficio juris canonici et civilis, quo hic contractus tam canonice celebratus posset aliquantulum per-

turbari, unde eciam sigillum nostrum presentibus est appensum in testimonium premissorum. Actum et datum anno domini M°C°C°LXX°, in municipio supradicto, XIII. kl. decembr.

57. *Egelolf Hungerstein bekennt, dass an den durch Burchard, den Scholaster von St. Peter, aus dem Nachlasse der Frau Rudolfs von Regisheim erkauften Gütern ihm ein Drittel gehöre.*

Basel 1270 November 29.

Original Pt. n° 42 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 40° n° 70 (B).

Eingehängtes Siegel von St. Leonhard (n° 48).

Ego Egelolfus dictus Hungerstein clericus hospitalarius Lutembacensis notum facio universis presentem literam inspecturis, quod, cum Burch[ardus] scolasticus ecclesie sancti Petri Basiliensis proprietatem possessionum, quas Mechtildis uxor Rodolfi de Regenshein, civis de Mulnhusen, ab heredibus ejusdem legitimis, quibus in forma judicii fuerunt recongnite et juramento interposito declarate, conquisierit usufructu apud eundem civem tantummodo remanente, recongnovi et recongnosco predicto scolastico duas partes earundem possessionum et mihi terciam tanquam legitimo coheredi. In cujus facti memoriam pecii presentem literam sigillo honorabilis viri . . prepositi sancti Leonardi, quia proprium non habui, consignari. Act. et dat. Basilee, in vigilia beati Andree, anno domini M°C°LXX°. Ego Albertus prepositus sancti Leonardi rogatu predicti clerici sigillum meum apposui et presentis carte notarium subscribere jussi.

58. *Das Kloster Klingenthal leiht dem Werner Alban, Bürger von Rufach, einen Platz daselbst.* — *1270* —

Original Kl. n° 47 (A).

Auf der Rückseite der Urkunde 1) von einer Hand des 13. Jh.: sororis Mehthildis de Rvbiaca; *2) von einer Hand des 16. Jh.:* Verlychung der hütten under den krämeren ze Rufach, da man tucher verkoufft.

An Pergamentstreifen hängt das Siegel von Klingenthal (n° 65).

Universis presens scriptum intuentibus noticiam subscriptorum. Suboriri solet de gestis hominum calumpnia, si non fuerint scripture testimonio commendata. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod ego frater Rvdolfus procurator conventus dominarum et sororum in Klingindal concessi cuidam civi Rubiacensi dicto Wernhero Alban et heredibus ejus locum, qui vulgo dicitur hvtte, in loco, ubi venduntur panni inter mercatores, decem annis pro censu VII solidorum Basiliensis monete singulis annis scilicet in nativitate domini solvendorum. In hujus rei testimonium presentem cedulam sigilli supradicti conventus munimine duxi roborandam. Acta sunt hec anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

59. E[rkenfridus] cantor majoris ecclesie Basiliensis *entscheidet den Streit zwischen dem Kloster Lützel einer- und* nobiles dominos Henricum de Liebensthen et Jacobum de Racenhusen *andererseits über den Kirchensatz von Larg* approbando collationem ac presentationem, quam supradictus venerabilis pater dominus abbas Lucelensis medio tempore fecerat sepedictam ecclesiam domino Rodolfo dicto Cheszelere canonico ecclesie sancti Petri Basiliensis legittime conferendo. — *1270* —

Original im BA. Kolmar, Lützel (Ober- und Niederlarg), (A).
Das (an Pergamentstreifen hängende) Siegel fehlt.

60. *I. Bertha von Rufach überträgt auf das Stift St. Peter ihr und ihres Bruders Recht an den von der Frau Rudolfs von Regisheim hinterlassenen Gütern.* *Basel 1271 Januar 9.*

Original Pt. n° 46 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 40 n° 67 (B).
Eingehangtes Siegel von St. Leonhard (n° 48).

II. Heinrich von Mülhausen, der Vorigen Bruder, thut dasselbe. *Basel 1271 Januar 14.*

Original Pt. n° 47 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 45 n° 87 (B).
Eingehangtes Siegel von St. Leonhard (n° 48).
I. und II. sind von derselben Hand geschrieben.

I.

103. *Die Bussbrüder erlauben dem Kloster Klingenthal in Klein-Basel, sich bis auf hundert Ruten Entfernung von ihrer Kirche anzusiedeln.* — *1273 Januar 9.*

Original Kl. nº 51 (A). — Abschriften von Wurstisen in WCD. fol. 14 (B) und (hienach?) aus dem 16. Jh. in ChA. C. p. 210 (B¹).

Wackernagel 2, 359 nº 4 nach A. — Wurstisen 279. — Wurstisen-Beck 421. — Spreng 43. — Schöpflin 1, 471 nº 669 nach B. — Trouillat 2, 233 nº 177 nach B.

An Pergamentstreifen hängen drei Siegel: 1. † S . . . . . D . PEN . IHV . XPI . IN . BASIL. *2. Klingenthal (nº 65). 3. Prior der Prediger (nº 60).*

Universis hanc literam inspecturis frater H. prior et conventus fratrum

99. a) irkennet *corrigiert aus* irkennen *in A.* b) lúte *corrigiert aus* lúten *in A.*

100. a) Intzmatten *Sp. C4 nº 416.*

Digitized by Google

de Penitencia Jesu Christi Basiliensium noticiam subscriptorum. Noveritis, quod, cum venerabiles in Christo soror L[ucardis] priorissa et conventus sororum in Klingintal in novam sive ulteriorem Basileam cupiant se transferre, nos desiderio earum et peticioni benivolum prebentes assensum, ut claustrum ibidem et ecclesiam construant[a]), que a nostra distet ad spacium non minus quam centum cannarum, tenore presentium liberam concedimus facultatem, non obstante privilegio, quod de non edificando prope nos infra mensuram CXL cannarum contra quosdam conventus nobis a sede apostolica est indultum. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus conmuniri. Nos priorissa et conventus monasterii supradicti fideliter promittimus et spondemus, quod jam dicte mensure spacio contente infra ipsum nostram nullatenus ecclesiam construemus, nostrum sigillum in robur veritatis presentibus appendentes. Ego frater H[einricus] prior et servus fratrum ordinis Predicatorum Basiliensium sigillum meum huic litere appono in predicte testimonium sponsionis. Actum anno domini MCCLXXIII, V. idus januarii.

104. *I. Das Kloster Unterlinden zu Kolmar erhält vom Stift St. Leonhard einen Garten in Basel geliehen.*

Kolmar 1273 Januar 26.

Abschrift von 1295 in Lh. II. fol. 9 nº 38 (B).

Trouillat 2, 234 nº 178 nach B.

II. Das Stift St. Leonhard leiht dem Kloster Unterlinden zu Kolmar einen Garten in Basel. *Basel 1273 Januar 10.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden nº 14 (A).

Das (eingehangte) Siegel ist abgefallen.

In beiden Urkunden ist die Indiction um eine Einheit zu hoch berechnet.

Wernherus prepositus sancti Leonardi Basiliensis omnibus presens scriptum intuentibus noticiam subscriptorum. Notum facimus universis, quod, cum Johannes appothecarius et Mechthildis uxor sua conparassent ortum situm juxta ortum Choradi filii Ludewici institoris bone memorie ante portam Spalee a Hůgone dicto Schechin pro VI libris, quem a nobis jure ereditario pro IIII solidis singulis annis possidebat, ad petitionem predicti Johannis et uxoris sue prefatum censum supra dimidiam partem cujusdam domus site in vico Textorum in latere Stellini transtulimus, tandem vero rogatu predictorum Johannis et Mec[thildis] ortum predictum ad resignationem ipsorum concessimus jure hereditario fratri Heberhardo nomine priorisse et conventus sancti Johannis Columbariensis tali conditione adjecta, quod, quandocunque sepedictos Johannem et Mec[thildim] mori contingerit, in anniversario eorundem predicta domina priorissa et conventus in festo sancti Martini IIII solidos pro anniversario eorum de orto memorato nobis annuatim persolvent. Et sciendum, quod post mortem predicti fratris Heberhardi alter, quicunque frater substituetur procurator partis superioris, honorarium, quod vulgo dici-

103 a) *übergeschrieben von gleichzeitiger Hand in A.*

tur erschacz, de sepe memorato orto nobis solvet. Testes hujus rei sunt Nicolaus, Reinherus, Fridericus, Petrus, Chonradus, Nicolaus canonici, magister Johannes Robarius, Chonradus filius domini Ludevici et alii quamplures. Actum anno domini M°CC°LXX°II°, tercia feria post[a]) epiphaniam, in stupa nostra, hora vespertina, indicione secunda.

105. Magister H. de Basilea *Zeuge in der Urkunde des Propstes Hugo von Embrach und des Magisters Konrad, Sängers von Zürich.* — *1273 Januar 13.*

Zapf 1, 152 n° 68 nach dem Original im Std. Zürich.

106. *Irmentrud, Witwe des Ritters Hildebrand von Tegerfelden, schenkt dem Kloster Klingenthal die Hälfte des Dorfes Klein-Hüningen.* *Basel 1273 Februar 4.*

Original Kl. n° 52 (d). — * *Kl. C. fol. 139.* — * *Kl. R. fol. 61.* * *Adler 10, 9 n° 46.*

Das (eingehangte) Siegel fehlt.

Nos . decanus et capitulum Basilien[ses] notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod Irmindrudis relicta bone memorie Hiltebrandi militis dicti de Tegerueld medietatem ville Huningen ulterioris, que ad ipsam pleno jure et libere dinoscitur pertinere, ob spem retributionis eterne in conventum dominarum de Klingetal cum omnibus dicte ville choerentibus, mobilibus et inmobilibus, corporalibus et incorporalibus, transtulit titulo donationis, ut predictus conventus omni jure, quod dicte domine conpetebat in villa prenotata sive consistat in agris, pratis, nemoribus, aquis, aqueductibus, piscationibus et jure patronatus, cum universitate transeunte, utens et fruens libere sine qualibet contradictione pro dimidia disponat et ordinet, prout utilitati sue domus viderint[a]) expedire. Ut autem dicta salubris donatio infirmari nequeat, sed sinplicis donationis virtute subsistens nullo ingenio vel machinatione valeat revocari, in presencia nostra mentione facta, quod alia vice dictorum donatio facta fuerit presente Wernhero dicto Vessette fratre domus ipsam donationem una cum E[rkenfrido] cantore Basiliensi et Henrico Monacho recipiente nomine dicte domus, quod prius factum fuerat, renovatum extitit et ad majorem evidentiam publicatum, sepedicta domina firmiter promittente se nullatinus contraventuram et omni juris auxilio tam civilis quam canonici renunciante. In cujus rei testimonium sigillum capituli Basiliensis ad petitionem dicte domine et fratris Wernheri iteratam donationem nomine conventus recipientis dedimus presentibus appendendum. Act. in choro Basiliensi, anno domini M°CC°LXX°II°, sabbato post purificationem, presentibus C[onrado] decano, H[einrico] cellerario, R[udegero] preposito Columbariensi, domino Vlrico de Thurinken, magistro Cononc, Al[berto] de Hadstat, Lutoldo

---

104. a) II, tercia feria post *auf Rasur in A.*

106 a) *vor* viderint *durchgestrichen* ere *in A.*

de Constancia canonicis Basiliensibus, Johanne de Liestal, Gallo, Henrico de Telspere, . de Butenbere, Johanne de sancta cruce, Conrado Parrocher, Pilgrino, Walthero de Telspere, Bur. Rehzagel sacerdotibus chori Basiliensis, Henrico Monacho, Henrico Vorgassen.

107. *Das Kloster Klingenthal leiht seinen Anteil an der Fähre bei Klein-Hüningen dem Konrad Brögelin zu Erbrecht.*

— nach 1273 Februar 4.

Original Kl. nº 2806 (A).

Vielleicht nur ein Concept; ausser Zeugen und Datum fehlt auch jede Spur von Besiegelung; die Form des Pergamentes ist eine ganz ungewöhnliche, lange.

Für die zeitliche Einreihung bietet den einzigen Anhaltspunkt die Schenkung der Irmentrud von Tegerfelden vom 4. Februar 1273 (s. oben nº 106); wann Irmentrud starb und wie lange nachher die Leihe an Brögelin erfolgte, ist nicht zu ermitteln.

Ich dů priorin uñ der convent gemeinliche von Clingen[tal] Bredier ordens, Kostenzer bistomes, tůn kunt allen den, die disen brief ansehent oder hórent lesen, daz wir Kv̊nrat Brógelin von Hv̊ningen ze einem reehten erbe uñ steten uñ ewigen erbe nach gewonheit der stat von Basel verlůhen han unseren teil des vars, de wir han an der Wise ze Hv̊ningen, daz uns uñ unserme conventen mit anderme gůte uñ gelte, daz wir han in dem dorf uñ in dem banne ze Hv̊ningen, anekan von der vrowen seligen von Tegervelt. Uñ dis selbe var ist och dem selben vorgenanten Kv̊nrate Brógelin verlůhen uñ treit es an siner uñ an sins brůder seligen kinde uñ Briden siner wirtin stat, der och das selbe var halbes ist, nu wande er es an irre stat treit an siner hant von der wandelůnge uñ des ersehazzes wegen. Uñ von disem vorgenanten unserme teile des vars ze Hv̊ningen so git er uñ sins brůder seligen wirtinne uñ irů kint uns alle jar vůnf schillinge minre denne seeh phunt genemer Baseler mů̊nze gelich geteilet zů den vronvasten, ze ieclicher vronvasten drisig schillinge vůnfzehen phenninge minre. Uñ swenne sich dů hant verwandelt, so git man uns zehen schillinge ze ersehazze. Man sol oeh[a]) wissen, das wir inen dis vorgenante var mit soliche gedinge verlůhen han uñ lihen, daz man unser meder, hówer, sniter, leser uñ gemeinlich alles de gesinde, de unser kloster uñ unseren convent anhóret, man vare an der Wise oder an dem Rine, ze allen ziten, swenne si an de var koment uñ es von unseren wegen vorderent, vergebene uñ ane allen lon uñ ane geverde úber vůren sol von beiden teilen. Uñ sóllen schaffen, so dů wnehe oder de var der Vorgassen ist, de man oeh de vorgenante unser gesinde úber vůre, man vare an der Wise oder an dem Rine, alse es harkomen ist uñ uns uñ allem unserme gesinde unzehar beschehen ist.

108. *Das Kloster St. Urban leiht dem Peter Münzmeister von Basel und dessen Frau Güter in Zofingen zu Erbrecht.*

Zofingen 1273 Februar —.

107. a) oeh *übergeschrieben in A.*

Original im StA. Luzern, St. Urban (A).
Eingehangtes Siegel: † SIGILLVM . CAP. . . .

Noverint universi presentium inspectores, quod religiosi viri abbas et conventus sancti Vrbani Cisterciensis ordinis medietatem domus sive domorum, arce et virgulti, que ipsos contingebant ex donatione fratris Lvdewici filii Walt. quondam dicti de Botenwile olim burgensis in Zovingen, cum omnibus juribus et appendiciis eorumdem concesserunt Petro dicto Monetario de Basilea et Anne uxori sue sorori dicti Ludewici et ipsorum legittimis heredibus jure hereditario pro XII solidis censualibus quiete et libere possidenda ita, quod dicti Petrus et Anna uxor sua assumere sibi debent omne onus debitorum, si quod predictum Ludewicum aut domum sancti Vrbani ratione dicti L[udewici] contingebat occasione patris ipsius vel etiam aliunde, et conservare predictam domum penitus indempnem, et nichilominus singulis annis tam ipsi vel heredes eorum tenentur de dictis domibus et area, etiam si domus ibi non fuerint, dare XII solidos censuales usualis monete in festo beati Andree in recognitionem juris proprietatis, quod habere debet dicta domus sancti Vrbani in rebus superius nominatis. Hoc adjecto, ut, si dicti Petrus vel Anna vel ipsorum heredes processu temporis quocunque casu vel causa orientibus jus hereditarium, quod ipsis vel eorum heredibus in dictis rebus competit, alienare voluerint vel oportuerit, tunc debent prefate domui jus suum penitus conservare nec modo quolibet deteriorare, conservato ipsis semper censu superius nominato. Hujus concessionis et conditionis seu protestationis testes sunt L[ûtoldus] de Yfendal prepositus, B[urchardus] decanus in Tŵtwil, R. de Mŵrbach cellerarius, Vl. Muntmannus camerarius canonici Zovingenses, H[einricus] de Bongarten scultetus, Ja[cobus] de Vischbak, Anshel[mus], Volmarus, H. filius Ans[helmi] et Wern[herus] filius pilleatoris burgenses dicti loci. In hujus rei evidentiam et majus robur presens scriptum est ad petitionem partium sigillo capituli Zovingensis communitum. Act. et dat. Zovingen, anno domini M°CC°LXXIII, mense febr.

109. *Jta, Witwe des Burchard von Gundolsdorf, leiht dem Kloster Blotzheim Güter daselbst.* *Basel 1273 März 1.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 9 (A).

Trouillat 2, 236 n° 180 nach dem Cartular von Lützel. Hier ist zu lesen S. 236 Z. 12: literam *statt* paginam; *Z. 13:* civium *statt* trivii; *Z. 15 und 16:* Gundolstorf; *Z. 16:* sive *statt* seu; *Z. 18 und 22:* Blatsbein; *Z. 19:* mendage; *Z. 21:* . . abbatisse; *Z. 26:* Blatsheim; *Z. 28:* saltim; *Z. 30:* coartetur; *S. 237 Z. 1:* ershaz; *Z. 4:* ad *wiederholt in A; Z. 9:* voluerit; *Z. 15:* ze Rine . . . feodi. Anno domini M°CC°LX° tercio; *Z. 16 ff.* marcii. Testes sunt Heinricus scolasticus, Heinricus Camerarii cellerarius canonici, Chono de Ramstein, Heinricus Diues milites, Heinricus Shaltimbrant, Heinricus Ceizo, Walt[herus] ad Stellam, Heinricus Chenler et Heinricus Rebman et alii quamplures. *(Abweichungen in der Schreibung von* c *und* t, ae *und* e, h *und* ch *wurden nicht berücksichtigt).*

110. Johannes de Basilea *Zeuge in der Urkunde der Fraumünster-Abtei Zürich.* *Zürich 1273 März 10.*

Wyss 211 nº 230 nach dem Original im StA. Zürich.

111. *Ulrich der Kuchimeister und Thomas Zebel und ihre Frauen leihen dem Konrad Geisriebe und dem Heinrich von Ravensburg Äcker bei Klein-Basel.* *— 1273 März 11.*

Original Kl. nº 53 (A).

An Schnüren hängen zwei Siegel: 1. Ulrich Kuchimeister (nº 111). 2. Thomas Zebel (nº 127).

Wir V̊lrich dir Chvchimeister von Basel ein rither unde fro Anne sin wirthin uñ Thoman Zebels und fro Adelheit sin wirtin tůn kunth alrmenlichen, de wir nundehalbe juchertun achers, die zi enrun Basel ligent in dem nuwen Bifange, der zi mathen ist gimachet, firluhen han zi rechtem erbe hern Cv̊nrathe Geisriemen dim schultheissen von enrun Basel uñ hern Heiriche von Rafensbvrg dem man sprichet dir Brothmeister uñ iren erbon jergeliches umbe zwezehet scillinge phenninge, uñ sol man der cehen scillinge gen sancte Johannes mes zi sunigeth uñ cehen scillinge sancte Andres mes. De dis stethe belibe, dar umbe ist dirre brief mit unseren ingesigeln, her V̊lriche dis Chvchimeisters uñ Thomans Zebels bisigelth uñ binůget unser beder frowen der selben ingesigel. Gizuge sin Wernher dir mvnzemeister, dir Boller, Bvrchar Chozze, Heinrich Scnichs, Cv̊nrath dir hv̊ber, Petir Senfteli, Heinrich dir smith, Heinrich Reisse. Act. anno domini M̊CC̊LXX̊XIII̊, V̊. idus marcii.

112. Jo[hannes] von Basel *einer der Ratsherrn von Zürich.* *Zürich 1273 Mitte April.*

Wyss 212 nº 321 nach dem Original im Spitalarchiv zu Zürich.

113. *Guta, Vivians Frau, schenkt dem Kloster St. Clara all ihr ererbtes Gut.* *— 1273 April 19.*

*Original Cl. nº 10 (A). — * Cl. J. p. 200.*

Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Ich Gȯta des Dances saligen dochter uñ Viuianes wirtin do kunt allen, di disen brief angesåhent, das ich mit mines wirtes hant Viuianes des vor genanten gab vor mime herren bisseof Henriche von Basele mit aller gewarsamecheit alles das goet, das ich geerbet hatte an eigen uñ an erbe von minen vater uñ minre moter saligin, dem cloester sante Claren ze Basele vrieliche durch got, da von beide ich uñ min wirt Viuian heisent alli di liute, di von uns desselben erbes ith enphangen hant, das si das enphahent von den vrouwen ze sante Claren oder von iren boten. Sunderliche heisse wir beide den Birselere uñ den Uullere von Gabeleswilre uñ den Bernere von

Digitized by Google

Phaffenhein uñ och di andern ze Elsais, das si das goet, das si von uns enphangen hant, das si dasselbe goet von den vrouwen ze sante Claren oder von iren boten enphahent. Uñ alse ich vor han alles min erbe uñ min goet uf gegåben den vrouwen ze sante Claren, alse gib ich es in aber uf mit mines wirtes Viuianes hant uñ mit disen brieve vor uch herre der burgermeister uñ vor deme rate, das si vriliche in gewalt uñ in gewer alles mines goetes uñ mines erbes mugent varn. Dis gescach anno domini M°CC°LXX° tercio, XIII. kal. maii, vor mir C[onraten] den Munche burgermeister uñ vor deme rate. Da von sigelte ich C[onrat] burgermeister mit des rates willen disen brief, alse es vor uns gescach uñ vro Göte un Viuian ir wirt di vorgenanten beide uns batent un och vor uns verjahent.

114. *Elisabeth, Witwe des Ritters Heinrich von Trothaus, schenkt dem Kloster St. Clara Güter zu Helfranzkirch. — 1273 April 24.*

*Original Cl. nº 11 (A). — Deutsche Übersetzung von 1586 Cl. Ppurk. 27 (B). — * Cl. F. p. 274, beide irrig zu 1273 Februar 24.*
Abhangendes Siegel des bischöflichen Officials (nº 35).

Anno domini M°CC°LXX° tercio, VIII. kal. maii, constituta coram nobis .. officiali curie Basiliensis Elisabet relicta Henrici militis dicti de Trothues confitebatur se dedisse pure et simpliciter et inter vivos bona sua et possessiones in villa ac banno ville Helfratchirhen, que sibi a suis progenitoribus et consa[n]guineis sunt collate, solventes annuos redditus quinquaginta trium quartalium siliginis et avene et insuper unum mancipium sive servum nomine Wernher Honwalt cum omni jure, quo ipsa possidebat, adhibita debita sollempnitate monasterio sancte Clare extra muros Basilienses. Sane ad majoris roboris firmitatem predictam donationem dicta Elisabet coram nobis taliter innovavit.

Ego Elizabet relicta Henrici militis de Trothues sicut prius coram testibus ydoneis scilicet fratre D[ietrico] lectore et fratre Hartungo de ordine fratrum Minorum, .. Bozone, Hugone dicto ad Lupum et B[urchardo] dicto ad Rosam civibus Basiliensibus, necnon fratre Trutmanno fratre ejusdem monasterii, et aliis honestis adhibita debita sollempnitate dedi bona et possessiones predictas in villa et banno Helratkirhen, ita et nunc hoc donacionis instrumento do pure et mere et libere ac simpliciter inter vivos dominium proprietatis et possessionis bonorum meorum in villa et banno Helratchirhen, que solvunt annuos census quinquaginta trium quartalium siliginis et avene cum servo meo dicto Honwalt monasterio sancte Clare extra muros Basilienses. Et hujus rei gratia trado dicto monasterio suisque sororibus, ut nullam controversiam a me vel a meis heredibus de cetero sustineant, ac insuper hoc donacionis instrumentum semper incorruptum tenere spondeo et easdem sorores vel conversos earum aut nuncium sua auctoritate possessionem intrare jubeo corporalem.

Prenominata donatrix hoc instrumentum per omnia, ut suprascriptum est, rogavit scribere et sigillo curie consignare. Actum predicto anno et die.

115. *Das Stift St. Peter vergleicht sich mit seinem Custos über den Besitz eines Hauses.* — *1273 Juni 18.*

Original Pt. nº 50 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 51 nº 102 (B).

Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jh.: super domo custodie site juxta ecclesiam, ubi itur de vico Totgassen.

An Pergamentstreifen hängen drei Siegel: 1. Dompropst (nº 22). 2. St. Peter (nº 40). 3. Custos von St. Peter (nº 44).

Universis presentem literam inspecturis Rodolfus de Habspurch prepositus majoris ecclesie Basiliensis noticiam rei geste. Noverint universi, quod, cum inter viros discretos . . prepositum, . . decanum et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis ex una parte et Petrum custodem ejusdem ecclesie ex altera questio fuisset suborta super domo prope ecclesiam sancti Petri sita, quam idem custos inhabitat et quam prefati . . prepositus, . . decanus et capitulum asserebant ad capitulum conmuniter pertinere, prout ipsorum privilegium continet evidenter, tandem post multa de nostro consilio et consensu, cum ad nos pertineat collatio custodie, viris bonis mediantibus de utriusque partis consensu dicta questio sopita exstitit in hunc modum, quod idem custos domum ipsam libere possideat pro tempore vite sue, et, quia pecunia ecclesie, quam boni homines pro colendis anniversariis suis erogaverant, in constructionem domus ejusdem ad summam fere octo marcarum fuit conversa, sic est ordinatum, quod post mortem nunc custodis custos, qui pro tempore fuerit, de predicta domo unam libram[a]) denariorum pro eisdem anniversariis colendis exsolvat annuatim, cellarium quoque domus ad capitulum et custodem conmuniter pertineat, ut liceat capitulo quando placuerit ibidem reponere vina sua[b]). In cujus rei memoriam presens litera nostro, capituli et custodis sigillis est munita. Act. anno domini M̊CC̊L.X̊XIII̊, XIIII. kl. julii.

116. *Ritter Heinrich Zerkinden und seine Frau leihen dem Bäcker Kuno und dessen Frau ein Haus zu Erbrecht.* — *1273 Juni 28.*

Original Pr. nº 85 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jh.: ista litera datur de domo, quam inhabitat domicella Rôtin, contigua cimiterio nostro, quam etiam domum nos possidemus jure hereditario ab illis de Hertenberg; *von einer spätern Hand des 14. Jh.:* nunc inhabitat dominus Wer. de Bernwels.

Von zwei Siegeln hängt noch das des Heinrich Zerkinden (nº 113).

Ego Heinricus dictus dir Chindon miles notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego et Irmendrudis uxor mea domum nostram pistoralem sitam ze Chruce juxta mansionem Predicatorum Chononi pistori et Berchte uxori sue concessimus sub jure hereditario et annuo censu duabus libris et sex solidis denariorum et sex circulis perpetuo possidendam, hac

115. a) librarum *in A.* b) vina *auf Rasur in A.*

condicione adjecta, quod uno defuncto alter superstes sub eodem jure et censu possideat domum ipsam. Sciendum eciam, quod de domo ipsa decem solidi dantur in censu honorario sive intraio, qui vulgo dicitur ershaz, cum ad hoc obtulerit se facultas aut locus; censum eciam, qui datur de area domus ejusdem, nos sine dampno ipsorum tenemur expedire. Est eciam condictum, quod sepem inter ortum nostrum contiguum et domum predictam tam ipsi quam nos sumptibus communibus reficere et parare tenemur, quandocumque fuerit hoc necesse. In cujus rei testimonium presens litera civitatis et meo sigillis est signata. Testes sunt Reinherus cantor sancti Petri, Nicolaus de Titensheim, Heinricus vor Gazzvn milites, Mathias Zebel, Johannes Shônkint, Johannes Zvlli, Wernherus de Britnowe, Heinricus piscator et alii quamplures. Act. anno domini M°CC°LX°XIII°, IIII. kl. julii. Nos Petrus Shalarius magister civium et consules Basilienses rogatu predictorum concedentium et recipientium sigillum civitatis duximus in testimonium presentibus appendendum.

117. *Bürgermeister Peter Schaler spricht dem Stifte St. Leonhard das Eigentum eines Hauses zu.* *Basel 1273 Juli 11.*

Original Lh. n° 34 (A).
Arnold 339 nach A.
An Bändern hängen zwei Siegel: 1. Peter Schaler (n° 106). 2. Bürger (n° 140).

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Petrus Scalarius miles Basiliensis, magister ejusdem civium civitatis, noticiam rei geste. Constitutus in nostra presencia vir venerabilis dominus Wer[nherus] prepositus ecclesie sancti Leonardi Basiliensis nomine suo et conventus sui petivit domum dictam Ôwemannes hûs super Birsicum sitam domui sive curie Minorum fratrum contiguam, quam pro certa summa pecunie a viris discretis Johanne dicto Messerer et Johanne dicto de Bermeswilr civibus Basiliensibus conparaverat, cujus quidem proprietas ad predictam sancti Leonardi ecclesiam pertinebat, quam Nicolaus dictus de Ache ab ejusdem ecclesie preposito et conventu jure hereditario possidebat, qui gravatus ære alieno dominium ejusdem domus ad predictos Jo[hannem] dictum Messerer et Jo[hannem] de Bermeswilr transtulit venditores, traditis eis confectis super hoc et ex parte predictorum prepositi et conventus sibi concessis in argumentum cessionis ipsis ab eo facte publicis instrumentis, per diffinitivam adjudicari sentenciam juxta eam, que nobis est optima legum interpres, videlicet approbatam nostre consuetudinem civitatis. Nos igitur consideratis deliberacione provida et discussis in actis judicii predictum contractum contingentibus circumstanciis universis secundum retroacta vidimus et cognovimus manifeste predicto Nicolao vel suis heredibus regressum ad repetendam predictam domum, que eciam, sicut tempore prefati contractus legitime probatum exstitit coram nobis, aliâs cumulato gravi debitorum onere bis fuerat conviscata, non posset unquam concedi juris auxilio canonici vel civilis. Quamobrem eandem prefati domini prepositi peticionem justam ac racionabilem judicantes prelibate sancti Leo-

nardi ecclesie domum ipsam sentencialiter adjudicamus quiete et pacifice in perpetuum possidendam. In cujus facti testimonium presens instrumentum est confectum et sigillis presentibus, nostro videlicet et universitatis Basiliensis, in predictorum evidenciam et eorum robur perpetuum publice consignatum. Testes hujus rei sunt hii: Walt[erus] villicus, Wern[herus] Rvfus, Rv̊digerus et Otto preconcs, Burchardus dictus Hvbescher, Heinricus dictus Merschandus, Hvgo dictus de Gvndoltstorf cives Basilienses et quamplures alii fide digni. Acta sunt hec Basilee in Foro frumenti, anno domini M°CC°LXX°III°, quinto idus julii, hora prime.

118. Magistro Walthero de Basilea *unter den Zeugen in der Urkunde Konrads, Sohnes des Amtmanns von Behlenheim.*

— 1273 Juli —

* *UBStr. 3, 19 n° 55 nach dem Original im Hospitalarchiv zu Strassburg.*

119. *Kuno von Hägendorf, Chorherr von St. Peter, schenkt dem Marienaltar in der St. Peterskirche Zinse zu Riespach und Land zu Ötlingen.* *Basel 1273 September 9.*

Abschrift des 13. Jh. in Pt. B. fol. 56v (B). — Abschriften in Pt. A. Anhang fol. 3v (B¹) und in Pt. H. fol. 49v n° 97 (B²).

Universis presentium inspectoribus Conradus[a]) prepositus, Conradus[b]) decanus, Petrus custos, Burchardus scolasticus totumque capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis rei geste memoriam. Noverint universi, quod C̊no de Hegendorf noster concanonicus,[c]) notarius domini episcopi, redditus duarum[d]) verdeneellarum spelte apud villam Rv̊dispach[e]) et unum manwerch vinearum situm apud Othlinchon[f]) cum aliis quibusdam bonis, que omnia[g]) sua pecunia conpararat, libere tradidit et donavit altari beate Marie virginis in nostra ecclesia sancti Petri sub hac forma, quod sacerdos ibidem pro tempore celebraus eosdem redditus bladi et vini estimatos singulis annis ad summam viginti solidorum percipiat et ex eis duodecim[h]) solidos ecclesie sancti Jacobi de Grv̊ningen Constanciensis dyocesis, cujus idem C̊no rector existit, persolvat eosque sacerdoti celebranti ibidem, sive plebanus sive incuratus seu vicarius fuerit, annuatim sine dampno illius apud Grv̊ningen in festo beati Galli presentet vel faciat presentari, in solius sacerdotis ibi celebrantis usus et non alterius convertendos. Ipse vero sacerdos altaris beate virginis in emolumentum presentationis hujusmodi retineat sibi duos[d]) solidos, ut sic quatuordecim[i]) solidi conpleantur,[k]) residuos quoque sex[l]) solidos idem sacerdos altaris beate virginis percipiat et singulis mensibus in vita dicti C̊nonis semel, cum conmode fieri potest, pro salute vivorum celebret unam missam et sex denarios habeat[m]) ea die. Post mortem vero suam quolibet mense, cum alias celebra-

119. a) Cvnzo B^2. b) C̊nradus B^1. B^2. c) canonicus B^2. d) II B^1. e) Rv̊dispach B^2. f) Ôtlinchon B^1. Ôtlinkon B^2. g) omnia *fehlt in* B^2. h) XII B^1. i) XIIII B^2. k) compleant B^1. l) VI B^1. m) sex habeat denarios B^2.

turus pro defunctis[n]) non esset, missam celebret pro defunctis, prefati Cv̊nonis et benefactorum suorum piam facturus memoriam, et illa die prescriptos sex[l]) denarios percepturus. Hec omnia dominus Bur[chardus] de Altchilch[o]) nunc sacerdos altaris beate Marie pro se suisque[p]) successoribus acceptavit et promisit fideliter adimplere. Accedente quoque consensu[q]) eorum, qui patroni sumus altaris, et aliorum de capitulo redditus universos ipsius altaris ad implendum quicquid est prehabitum obligavit, hoc adjecto, quod sacerdoti de Grv̊ningen singulis mensibus, quibus post constitutum terminum[r]) ipse vel sui successores in solutione defecerint, unum solidum cum pensione principali nomine pene solvant. In testimonium premissorum nos . .[s]) prepositus, decanus, custos et scolasticus necnon capitulum predicti sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Ego Bur[chardus] sacerdos de Altchilch rector[t]) altaris beate virginis in ecclesia sancti Petri Basiliensis confiteor omnia prescripta taliter esse acta, quemadmodum sunt narrata, et ea[u]) pro me meisque successoribus promitto fideliter adimplere. In signum hujus sigillo dominorum meorum capituli prefati, quia sigillum proprium non habeo, sum contentus. Actum Basilee, anno domini M̊CC̊LXX̊ tercio, V. idus septemb. Testes: Reinherus cantor, magister Rv̊dolfus dictus Kesseler, magister Henricus[v]) de Wilon, Jacobus cellerarius episcopi,[w]) Henricus[x]) Decani, Lv̊dewicus[y]) Custodis canonici ecclesie sancti Petri, Henricus[z]) de Steina[a]) et Henricus[b]) sacrista sacerdotes, magister Conradus[c]) Rifo subscolasticus et quamplures alii fide digni.[d])

120. Petrus miles Basiliensis dictus im Turne *verkauft seine Besitzungen zu Twann an das Johanniterhaus Buchsee.*

Basel 1273 September 16.

Actum Basilee in domo Hospitalariorum, anno domini M̊CC̊LXX̊ tercio, XVI. kalendas octobris, in presentia Burchardi sacerdotis dicti de Kilcheim, Henrici sacerdotis, Rv̊dolfi de Colonia et Conradi militis dicti de Ramstein fratrum sacre domus Hospitalis Ierosolimitani, domini Johannis Rv̊berii militis et aliorum fide dignorum.

Original im Stadtarchiv Bern (A).
Fontes 3, 43 nº 52 nach A.
Das beschädigte Siegel hängt an einem Pergamentstreifen.

121. *Vogt und Rat von Rufach bezeugen die geschehene Übergabe der von Guta, Vivians Frau, dem Kloster St. Clara geschenkten Güter zu Geberschweier, Pfaffenheim und Suntheim.*

Rufach 1273 September 28.

119 n) alias pro defunctis celebraturus B^2. o) Altkilch B^2. p) suis B. B^1. q) quoque nostro consensu B^2. r) terminum constitutum B^2. s) . . *fehlt in* B. B^1. t) Altkilch sacerdos rector B^2. u) et ego pro B^2. v) Heinricus B^1. B^2. w) cellerarius domini episcopi B^2. x) Lvdewicus B^1. Lvdwicus B^2. y) Steine B^2. z) alii quamplures fide digni B^2.

Original Cl. nº 12 (A). — * *Cl. J. p. 200.*
Auf der Rückseite der Urkunde von einer Hand des beginnenden 14. Jh.:
von Heinrich Tanze seligen gůt.
Eingehängtes Siegel von Rufach (nº 142).

Ich . . der voget uñ der rat gemeinliche von Ruvache dont chunt allen, di disent breif ane gesehent, das wir sahent des rates brief uñ ingesigel von Basele an deme geseriben stoent, das ver Gote des Dances saligen dochter mit irs wirtes Viuianes hant gab ir eigen uñ ir erbe vor dem meister uñ deme rate von Basele, was si geerbet hete von vater uñ von moter, deme closter ze sancte Claren uñ das di selben vrouwen wrden geheisen varn in gewalt uñ in gewer des selben gotes. Da von si wir gezuich, das der vorgenanten vrouwen bote zoech das goet von Gabeleswilre uñ von Phaffenhein uñ von Sunthein, das vŏr Goten was des Dances saligen dochter, in der vrouwen von sante Claren gewalt uñ gewer. Wir sahent och, das der Fullere uñ der Birselere von Gabeleswilre uñ der Bernere von Phaffenhein uñ di andern buliute vor uns von deme vorgenanten boten in der vrouwen namen von sante Claren das selbe goet enphengent. Dis gesach vor uns aue alle widerrede rechte uñ redeliche. Dirre breif wart gegeben ze Ruvache, anno domini M̄CC̄L.XX̄ tercio, quarto kal. octobr.

122. *Ritter Heinrich Vorgassen und seine Brüder übernehmen von ihrer Mutter deren sämtliche Güter und verpflichteu sich, dafür dem Kloster Klingenthal sechzig Mark Silbers zu zahlen.*

Basel 1273 Oktober 6.

Original Kl. nº 54 (A). — * *Kl. A. fol. 339.* — * *Kl. R. fol. 42ᵛ.*
Die (eingehangten) Siegel fehlen.

Nos Heinricus dictus Vorgazzvn miles Basiliensis, Petrus et Johannes fratres ejusdem notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod nos cum domina matre nostra carnali de sua et nostra spontanea voluntate convenimus in hunc modum: ipsa cessit nobis omnes possessiones suas et omnia sua bona sub distinctione tamen, que ponetur inferius; nos igitur e converso sexaginta marcas argenti sibi immo nomine suo . . priorisse et conventui sororum de Chlingental dare tenemur, promisimus et promittimus per presentes in hiis terminis: in proximo festo nativitatis beate virginis nunc venturo viginti marcas, deinde revoluto anno in eodem festo viginti et iterum in anno tercio in eodem festo viginti. Et de hoc fidejussores constituimus in solidum Johannem Puerorum, Mathiam de Eptingen, Conradum ze Rine, Nicolaum de Titensheim milites, insuper dominum et avunculum nostrum Dietricum de Fine canonicum Basiliensem et socium suum magistrum Heinricum de Wilon canonicum sancti Petri Basiliensis, sub tali condicione, si in aliquo terminorum predictorum in solucione defeccrimus, ipsi fidejussores, quando moniti fuerint, infra octo dies extra propria et consueta domicilia in obstagio justo et consueto debent se recipere

et manere sub debito fidei, quousque memoratis . . priorisse et conventui fuerit satisfactum. Hec autem distinctio est apposita, quod nos Heinricus et Petrus domum majorem in monte Salis, quam pater noster inhabitavit, sine Johanne fratre nostro possidere et habere debemus et primas quadraginta marcas etiam sine ipso solvere tenemur; ipse vero Johannes domum minorem eidem collateralem, quam predicta mater nostra edificavit, habere debet et solvet etiam nobiscum reliquas viginti marcas pro parte sibi contingente. In cujus rei memoriam presentem literam supradicti domini avunculi nostri et meo videlicet Heinrici Vorgazzvn sigillis procuravimus communiri, quibus ceteri fidejussores voluerunt esse contenti. Hoc etiam est adjectum, quod, si quis fidejussorum medio tempore obierit, alium eque dignum sine dolo substituere tenemur sub pena obstagii prelibati. Act. Basilee, in domo mea Heinrici scilicet, anno domini MCCLXXIII, II. non. octobr.

123. *I. Erzbischof Odo von Besançon verspricht, dass wegen der Festnahme des Amaldricus Lathomus durch den Bischof Heinrich von Basel weder er noch die Seinen den Bischof und die Bürger von Basel irgendwie belästigen werden.* — *1273 Oktober 16.*

Trouillat 2, 241 nº 183 nach Abschrift in CDB. fol. 85ᵛ.

* *II. Gleiches Versprechen des Herzogs Robert von Burgund.* — *1273 Oktober 24.*

*Herrgott 2, 437 nº 530 und Trouillat 2, 242 nº 184 nach Abschrift in CDB. fol. 86. — * Georgisch 1, 1238 nº 48.*

124. *Die Stadt Basel beglückwünscht König Rudolf I. zu seiner Wahl.* — *1273 Oktober 25 — 1274 Januar 12.*

*Fontes rerum Austriacarum, diplomataria 25, 248 nº 36 nach Abschrift im Baumgartenberger Formelbuch in der kaiserl. Hofbibliothek in Wien (B). — Gerbert codex 12 nº 8. — * Archiv für Kunde österr. Geschichtsqu. 14, 330 nº 67.*

Wegen der Beziehung dieses Briefes auf Basel vgl. Fontes rerum Austriacarum a. a. O. Anm. 1., Gerbert a. a. O. Anm. 1. und MIÖG. 10, 405 Anm. 3. — Wegen des Datums ist zu bemerken, dass Inhalt und Form des Briefes auf baldige Abfassung desselben nach der Erhebung Rudolfs zum König schliessen lassen, dass Briefe Rudolfs, wie ein solcher im vorliegenden Schreiben erwähnt wird, vor der am 24. Oktober 1273 geschehenen Krönung nicht nachzuweisen sind, und dass Rudolf am 13. Januar 1274 selbst wieder in Basel war (Böhmer 61).

Letetur et gratuletur totis visceribus letabunda et laudans invicta Germania, quam post calamitates varias et erumpnas rex celestis de excelso respiciens celorum habitaculo dignatus est electionem a) Romani principis in veritate divina pocius quam humana misericorditer visitare. Cujus quidem

124. a) *So in B.*

principis generis ac morum ingenuitas, animi virtus preclara et indefessa magnanimitas per famam in remotis mundi partibus habitancium est auribus inculcata. Porro quoniam ex abundanti regie majestatis gracia nobis immeritis dignati estis dirigere scripta vestra inter dulcia regalis eloquia clemencie continencia manifeste, quod videlicet, quitquid rancoris ad nostram civitatem erga vos extitit, relegato prorsus tocius future questionis scrupulo, benignitate regia remisistis, quapropter serenitatis vestre excellencie assurgimus humiliter inclinantes cum omni, quo valemus, genere graciarum, omnem penitus offensam, quam nobis universis universaliter et singulis singulariter, antequam ad culmen imperialis fastigii dominus vos vocaret, pro qualitate temporum intulistis, remittentes integre et in toto, oblivionis sibi[b]) perpetue rubigine superducta,[c]) ad memoriam illud[d]) poëticum revocantes: »Ledere qui potuit, aliquando prodesse valebit.«[e]) Unde dominacionis vestre magnificencie totis viribus et affectibus supplicamus, quatenus munificencie vestre benignitate largiflua in conservandis nostre civitatis juribus et bona consuetudine, que est apta legum interpres, sicut transmisse nobis nuper a vestra serenitate litere pollicentur, nos velitis prosequi, ut speramus, favore gracie specialis, cum et nos parati simus et esse inviolabiliter intendamus ad vestre majestatis imperia et mandata, prout justum fuerit et consonum equitati, pro qualitate nostrarum virium fideliter exequenda.

125. *Das Kloster Klingenthal verkauft dem Kloster St. Blasien Grundstücke in Unter-Alpfen.* *Klingenthal 1273 November 2.*

Original im GLA. Karlsruhe, St. Blasien (Unter-Alpfen), (A).
Auszug in ZGO. 6, 231.
Es hangen zwei Siegel: 1. Priorin. 2. Convent (nº 65).

Universis Christi fidelibus presentem paginam perlecturis Lůg[ardis] priorissa et conventus sororum in Clingentàl ordinis sancti Augustini Constantiensis dyocesis subscriptorum memoriam cum salute. Ut gesta modernorum ad successuras etates deveniant et ab carundem non irritentur malitia, expedit ea scripturarum ac testium amminiculis roborari. Noverint igitur omnes et singuli, quos nosce fuerit oportunum, quod nos utilitate monasterii nostri perspecta receptis a reverendis in Christo . . Ar[noldo] abbate et conventu monasterii sancti Blasii ordinis sancti Benedicti triginta quinque marcis cum dimidia ponderis Basiliensis duos mansus seu hůbas sitas in nidern Alaphen nobis ex donatione Ar[noldi] de Růcheswande nec non heredum suorum obvenientes predictis . . abbati et conventui titulo proprietatis vendidimus et tradidimus libere perpetuo possidendas, renuntiantes omnibus litteris seu privilegiis impetratis vel inpetrandis, exceptionibus scilicet non numerate pecunie, deceptioni ultra dimidium justi pretii, petitioni restitutionis in integrum et generaliter omni juri tam scripto quam consuetu-

124. b) scilicet *Gerbert.* c) super inducta *Gerbert.* d) id *Gerbert.* e) *Dionysii Catonis distichorum lib. IV. nº 39.*

dinario, per quod prescripta nostra venditio et traditio in posterum posset aliquatenus cavillari. Profitemur etiam presentibus predictam peeeuniam in utilitatem monasterii nostri fore conversam, promittentes seu constituentes nos nostrumque monasterium predictis . . abbati et conventui, quotienscumque requisiti fuerimus, bona fide de predictis bonis warandiam prestaturos. Acta sunt hee apud Clingentâl, presentibus Johanne [a]) de Nuwenburch, Ru. de Mûnewiler ordinis fratrum Predicatorum, Ber[tholdo] plebano nostro, Wern[hero] dicto Vaizes, Walt. de Winzzenhain, Eppo fratre suo, Wern[hero] de Rûcheswande conversis predicti monasterii nostri et Rû. rectore ecclesie in Wiler notario [b]) predicti domini . . abbatis, in cujus manus nomine dicti monasterii resignationem predictorum bonorum nos feeisse dieimus et profitemur. In hujus rei testimonium presentem litteram [c]) predictis domino . . abbati [d]) et conventui [e]) sigillorum nostrorum munimine dedimus roboratam. Dat. apud Clingentâl, anno domini MCCLXX tertio, in conmemoratione omnium animarum.

126. *Das Kloster Klingenthal kauft von Agnes von Dachsfelden eine Hofstatt und ein angefangenes Haus in Klein-Basel und empfängt die Gasse vor dem Hause von ihr gegen einen Erbzins.*

Dachsfelden und Basel 1273 November 18 und 21.

Original Kl. n° 55 (A). — Abschrift in Kl. A. fol. 248 mit der einleitenden Bemerkung: Wie wir der bichteren huß gekouft hant.

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von der hovestette da wir uffe sicen.

An einem Bande hangt das Stadtsiegel (n° 140).

Wir Peter der Schaler ein ritter in den ziten burgermeister ze Basele tûn kunt allen den, die disen brief sehent oder hôrent, daz daz eloster von Clingental umbe Agnesvn von Thasefenne ein witewen unde umbe iriu kint hant gekôfet die hofestat unde daz angefangen hus bi der Ziegelmûli umbe zweinzie mare silbers unde hat [a]) die gazzun vor dem hus über an sich gewunnen umbe vier sillinge unde zwei pfunt ze rehtem erbe unde umbe drû pfunt, dû uffen ein hus geschieket sint in der stat ze Basele, an dem sis unde iriu kint begnûget. Man sol wizzen ahzehen pfenninge, die abe dem selben gûte, daz hie vor genemmet ist, an sant Albane gant ze zinse, daz den zins daz eloster von Clingental sol gen. Daz selbe eloster het den gewalt, daz ez den zins der vier sillinge und der zweier pfunde widerkôfen mac umbe ahzehen mare silbers swennez wil innerthalb vier jaren. Daz diz stete si, so henken wir Peter der Schaler von Basele burgermeister in den ziten unde der rat von Basele durh ir beider bete des elosters von Clingental unde der frowen von Thasefenne unser ingesigel an disen brief. Diz gesehaeh, do unser herre was tusent jare alt unde zwei hundert unde drû

126. a) *hinter* Johanne *steht durchstrichen* et Rû *in A.* b) notarii *in A.* c) litterarum *in A.* d) abbate *in A.* e) conventu *in A.*

126. a) hat *corrigiert aus* hant *in A.*

unde sibenzie, an dem ahtoden tage sante Martines, ze Thasefenne in dem dorf. Des sint gezûge her Walther von Thasefenne ein ritter, Jacob unde Heinrich sin brûder her Reinoldes sûne, Heinrich hern Philippes sun, Philippes unde Heinrich hern Walthers sûne, unde Symvnt der selben frowen unde der kinde voget. Daz selbe gût wart danach an dem dritten tage brûder Walther von Clingental gefertegot an des closters stat ze enrun Basele an dem gerihte mit aller gewarsemi. Des sint gezûge her Heinrich der Mvnich, her Nielawes von Tytenshein ritter, her Walther zem Sternen, her Henrich der Kenneler, her Johannes zem Thore, Berhtholt zem Thore unde Rvdolf sin brûder, Peter Senftelin, Cvnrat der Bôller burgere unde ander biderbe lûte.

127. *Johann der Apotheker und seine Frau übertragen eine Forderung an das Kloster Lützel auf das Kloster Unterlinden zu Kolmar.* *Basel 1273 Dezember 22.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden nº 12ª (A).
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Petrus Sealarius magister civium et scultetus ac consules Basilienses salutem. Cum venerabilis in Christo dominus C[onradus] abbas et conventus Lûcelensis tenerentur viro discreto Jo[hanni] apotheeario civi nostro et Mehthildi uxori sue in mareis argenti ducentis sexaginta quatuor et libris duabus, idem Jo[hannes] et uxor sua predicti predictum debitum priorisse et conventui domus Columbariensis, que dicitur Vnderlindun, legaverunt et coram nobis Basilee in actis judicii in animarum suarum remedium liberaliter vivi et ineolumes tradiderunt eadem conditione, modo et ordine, quo eisdem persolvi debebat, sine difficultate ac reclamatione qualibet persolvendum. In cujus facti evidentiam presens instrumentum est confectum et sigilli universitatis nostre munimine eonmunitum. Datum et aetum Basilee, anno domini M°CC°LX°XII°, in crastino beati Thome apostoli, hora prime. Testes, qui eodem anno, die et hora huie negotio interfuerunt, sunt isti: Reinhardus eantor sancti Petri, G[untherus] Marsealeus, H[einrieus] dietus vor Gassun, N[icolaus] de Titenshein, Jo[hannes] dietus Rôber milites, Chonradus domini Ludewiei, Johannes monctarius eonsules Basilienses, et quamplures alii fide digni. Facta est autem hec tradieio coram nobis magistro eivium, consulibus et testibus supradietis per prefatos magistrum Jo[hannem] et uxorem suam predietis . . priorisse et conventui in manus fratris Ebirhardi conversi procuratoris earundem priorisse et conventus.

128. *Peter und seine Frau übertragen sich und ihre Güter dem Stifte St. Leonhard.* *Basel 1273 —*

Abschrift von 1295 in Lh. H. fol. 7ᵛ nº 30 (B).
Trouillat 2, 246 nº 188 nach B. Hier ist zu lesen Z. 8: ceelesia in dicta collatione.

129. *Gertrud, Heinrich Krafts Frau, verzichtet zu Gunsten des Klosters St. Clara auf ihr Gut zu Werenzhausen und Benken.* — *1273* —

Original Cl. nº 13 (A).

Abhängendes Siegel des Heinrich Kraft (nº 115).

Ich Gertruit, her Heinriches wrtin Craftes, des Danees saligen dochter, do chunt allen, di disen brief gesehent, das ich mit mines herren han her Heinriches des vorgenanten han mich enzigen des gotes von Werneshusen uñ von Baencon, das mir min vater gab ze ime, wande das selbe goet, do wir deiltent, wart wider in geworfen und viel nith in min deil. Ich heise oeh uñ min herre mit mir alle di liute, di das vorgenante goet habent von uns, das si es von den vrouwen von sante Claren enphahent, uñ heise oeh di vrouwen von sante Claren, wanne si wellent, das si das selbe goet mugent zehen in ir gewalt uñ di liute di ze me gote horent. Das ich dis stete habe uñ och min herre, dar umbe habe wir beidi unser truwe gegâben an eines eides stat vor mime herren den probeste von Colmere. Den bitte wir oeh beidi, wan es vor ime ist geseehen, das er disen brief besigele mit sime ingesigel. Wir verzihent uns och alles des reehtes geisliches uñ weltliches oder gewonliches, das mich oder minen herren oder unser erbe gehelfen moehte wider disen brief oder des, das dar an stat geseriben. Wir probest Rodeger von Colmere, alse uns her Heinrich Craft uñ sin vrouwe batent, alse sigel wir disen breif, wan es vor uns och gesagh. Datum anno domini M°C°LXX tercio.

130. *Heinrich von Ravensburg genannt Brotmeister verkauft dem Kloster Klingenthal eine Hofstatt.* — *1273* —

Original Kl. nº 56 (A). — Abschrift in Kl. A. fol. 249 (B) mit der einleitenden Bemerkung: über den garten an der bichteren huß, wie wir in gekoufft hant, *und von Wurstisen in WCD. fol. 14ᵛ (B¹).*

Trouillat 2, 245 nº 187 und Wackernagel 2, 360 nº 5 nach B¹.

Zwei eingehängte Siegel: 1. Konrad Geisriebe (nº 124). 2. Brotmeister (nº 112).

Wir Cvnrat Geisriebe ein ritter schultheisse ze enrun Basil tûn kunt allen den, die disen brief sehint uñ horent, daz her Heinrich von Rafinsbvrch dem man sprichit der Brotmeister dien frowen von Klingendal uñ iren schafenern die hofstat enzwischen irme gûte uñ der Ziegil muli, da daz nûwe hus was angivangen, het gigebin umbe XX mare silbers, uñ sol man die hofstat fertigin hinnan zi unser frowen mes der anderun mit al der giwarsami, so daz kloster bidarf, mit siner tohter von Tasfenne uñ mit iren kinden, wande ez ir eigin was. Des sint die vier burgen her Hvg der Kinden, her Kvnrat hern Lvdiwigs, her Wernher der mvnzmeister uñ Olrich des brotmeisters sun. Man sol och wissin, daz enzwischin disem gûte, daz die frowen von Klingendal gikofit hant, uñ der Ziegil muli XX fûse breit an der hofstat zir muli horit, uñ den bu, den her Heinrich von Rafinsbvrg bi

der selbin hofstat wolte han gibuwin, misse vallit der dem kloster, so gent si ime zwo mare silbers fur den bu. Dur daz dis alsus gischehin si, so henken wir her Kv̊nrat Geisriebe schultheisse ze enrun Basil unsir ingisigel an disen brief uñ her Heinrich von Rafinsbvrch. Die gizůge, die da waren da dis bischach, ist der schultheisse, her Heinrich von Hagindal, her Heinrich vor Gassen, her Hve der Kinden, her Niclaus von Titinshein, her Tomas Zobel, her Kv̊nrat hern Lvdiwich, her Wernher der Rote, der Kenler, her Heinrich von Soloder, her Wernher der mvnzmeister uñ Dietrich sin brůder, her Sehônkint, her Heinrich Merschant. Dis bischach an dem jare noch gottis giburth M̊C̊CLX̊X̊III.

131. *Bischof Konrad von Strassburg bittet den Ordensgeneral der Prediger um Genehmigung des Übertrittes seiner Nichte aus dem Kloster Klingenthal in das Kloster St. Marx bei Strassburg.*

— 1273—1277 —

Finke 89 nº 60 nach einer Abschrift.

Religioso viro et discreto . . magistro ordinis C[onradus] dei gratia episcopus Argentinensis eum rceommendaeione devota paratam ad beneplaeitum voluntatem. Neptem habemus ex sorore in elaustro Clingental[ensi] Basiliensis diocesis apud sorores vestro ordini incorporationis titulo eonsignatas, quam nobis karissimam, sieut natura edidit, ita et spiritualis gratia eommendavit. Unde inter hujus vite eommoda poeiora hoe superius eolloeabimus, si de vestra eoneessione nobis indulgebitur, quod de claustro, in quo est, Argentinam transferatur sororum saneti Marci, que se ad id devote offerunt et sincere, collegio socianda. Jam ante dies hos per priorem provincialem propositum nostrum eonsequi sperabamus, set priorissa et conventu predicto Clingentalensi renitentibus, ut decebat, profieere minime poteramus. Forsitan enim eogitabant honestius fore, si vestre auctoritatis parerent nutibus, quam aequiescerent coactionibus ceterorum. Quod et nos pro omine suscipimus et ad vestre benignitatis sinum vela eonvertimus spei nostre, nobis predictam dari neptem humiliter postulantes, quod haud dubium eunctis monasteriis ejusdem ordinis in nostra diocesi constitutis cedere poterit ad commodum et perfectum, eum tamquam appenso ante oculos monimento germani nobis sanguinis pignore obligati grata solvemus benefieia tamquam ex debito, ad quorum prestationem tamquam ex gratuito hactenus provocamur.

132. *Der bischöfliche Official schlichtet einen Streit zwischen Walther von Hundsbach und dem Kloster St. Maria Magdalena über Güter in Hansgauen.* *Basel 1274 Februar 16.*

*Originale MM. nº 10¹ (A) und nº 10² (A¹). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 181. — * MM. K. fol. 131ᵛ.*

Die beiden Ausfertigungen rühren von verschiedenen Schreibern her. An A eingehangtes, an A¹ an einem Pergamentstreifen hängendes Sieget des bischöflichen Officials (nº 35).

In nomine domini amen. Anno ejusdem M°CC°LXX° quarto, feria sexta ante invocavit, . . officialis curie Basiliensis. Cum Waltherus clericus de Hvnzebach [a]) . . priorissam [b]) et conventum monasterii ad Lapides extra muros Basilienses traxisset in causam petens ab eis tria jugera agrorum sitorum infra ville Hvsgowe [c]) limites juxta agrum communem Heinrici [d]) dicti Horbach et Hugonis sacriste de Hunzebach sibi adjudicari, tamquam continerentur in paterna hereditate, et renunciasset fide interposita beneficio minoris etatis, lite super petitione contestata, juramento de calumpnia [e]) prestito, testibus productis, exceptione proposita ex parte . . priorisse et conventus, quod non solum, cum lis inter ipsas ex una et . . patrem prescripti Waltheri cum quibusdam aliis litis consortibus coram ordinario verteretur, per sententiam dicta jugera obtinuissent, verum eciam . . pater dicti Waltheri juri, si quod ei competere credebat in predictis jugeribus, juramenti religione interposita, ne predictas dominas amplius inquietaret, spontanee renunciasset, testibus super dicta exceptione productis, publicatis atestationibus testium hincinde productorum, concluso in causa, die predicta ad sententiam ferendam prefixa, partibus presentibus et, ut negocium concordia pocius quam judicis sententia finem acciperet, nostro consilio acquiescentibus et in nos una cum Hugone filio quondam Waltheri pro se et aliis heredibus sive consortibus Waltheri prenominati in nos fide interposita compromittentibus, ut nostre starent amicabili decisioni, decernimus [f]) officium arbitratoris subeundo sepedicto Walthero clerico XLVI solidos usualis monete a predictis . . priorissa et conventu dandos esse, priorisse autem et conventui nec ab eo nec ab aliis heredibus dicti Waltheri seu consortibus questionem super dictis jugeribus movendam ulterius quoquo modo, immo cum pleno jure tam proprietatis quam possessionis ad conventum dicti monasterii pertinere. [g]) Hanc nostram decisionem suprascripti concorditer acceptarunt promittentes ipsam irrefragabiliter sub vinculo prestite fidei nomine juramenti observare. Et si aliquo ingenio vel malicia per se vel per interpositas personas super possessionibus predictis prenominatas . . priorissam [b]) et conventum procurarent vexari, tenerentur ad decem libras tam pro sumptibus litis quam pro interesse secundum arbitrium judicis, si equum videbitur, pro perjurio et injuriis puniendi. Actum [h]) et dat. Basilee super veteri Hospitali, anno et die prenominatis. [i])

133. *Das Stift Lautenbach leiht dem Ritter Rudolf von Stotzheim Äcker bei Orschweier zu Erbrecht.* *Lautenbach 1274 März 7.*

Original Kl. n° 46 (A).

An Pergamentstreifen hängt das Siegel: † S . BERTOLDI . PREP' . . TENBACENSIS.

*Deutscher Auszug in MM. E. fol. 124. — * MM. K. fol. 227v.*

Berhtoldus prepositus totumque capitulum ecclesie Lutenbacensis omni-

132. a) Hunzebach *in A¹.* b) priorissimam *in A.* c) Husgowe *in A¹.* d) Henrici *in A¹.* e) calupnia *in A¹.* f) decisioni decernimus *von gleicher Hand auf Rasur in A.* g) immo *bis* pertinere *fehlt in A¹.* h) Act. *in A¹.* i) prenotatis *in A¹.*

bus presentium inspectoribus, que sequuntur. Noverit universitas vestra, quod [nos][a]) Rodolfo militi de Stozhem agros nostros sitos in banno Alswilr in uno loco circa XIII jugera tendentes ad viam, que est de Alswilr super almeinde, contiguos bonis domini de Raeenhusen una parte et ex altera bonis Ducis in Tieffendal steriles nobisque pene omnino inutiles in emphiteosim perpetuam id est jure hereditario concessimus et concedimus sub annua pensione duorum quartalium siliginis et duorum ordei talis annone, que dicitur spihercorn, nobis Lutenbaci annis singulis infra festum sancti Michahelis archangeli presentanda. In cujus rei testimonium nos renuntiantes omni juris beneficio canonici, civilis et conswetudinarii, quod contra predictam concessionem conpetere nobis posset, presentem paginam sigillatam sigillis nostris sibi duximus conferendam. Act. et datum Lutenbaci, anno domini M̊CC̊LXX quarto, nonas martii.

134. *Graf Ludwig von Homberg bezeugt, dass Werner Fuchs einige zum gräflichen Hof Muttenz gehörende Wiesen gegen Zins inne habe.* *Muttenz 1274 März 8–13.*

Original Sh. nº 1 (A).

Boos 74 nº 111 nach A. Hier ist zu lesen S. 74 Z. 33: curti; *S. 75 Z. 4:* Wernher Hernli; *Z. 5:* Růdolfus Unnuz; *Z. 6:* Acta.

135. *Walther von Schöftland verkauft zwei Hofstätten in Basel dem Kloster St. Urban und dieses leiht sie seinem Kellermeister gegen Zins.* *Basel 1274 März 9.*

Original im StA. Luzern, St. Urban (Basel nº 3), (A).

CM. 1, 80 nº 105 nach A.

An Fäden hängen wenige Reste der Siegel von Basel und Mülhausen.

Nos . . advocatus, . . magister civium et consules Basilienses notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod Waltherus dictus de Sheftelon concivis noster duo territoria sita juxta domum . . abbatis et conventus de sancto Vrbano in civitate nostra, que sub jure hereditario a Sophia uxore Burchardi de Trothoven civis de Mulnhusen pro certo censu quinque solidorum et quatuor circulorum tenebat, supradictis . . abbati et conventui juste et legaliter vendidit pro certa summa pecunie novem marcis argenti. Et ad suam resignationem prefata territoria nomine . . abbatis et conventus predictorum concessa sunt Johanni cellerario sancti Vrbani sub jure et censu predictis perpetuo possidenda, adhibitis omnibus observationibus, que de jure vel consuetudine solent hujusmodi contractibus adhiberi. Hoc etiam est condictum, quod de persona supradicti cellerarii census honorarius, qui vulgo dicitur crshaz, erit exspectandus et dandus, cum ad hoc obtulerit se facultas. In cujus rei memoriam nostre et de Mulnhusen civitatum sigilla presentibus sunt appensa. Testes: frater Wernherus de Lúcela, frater V̊lricus

---

133. a) *beschädigte Stelle im Pergament.*

Digitized by Google

de Habchenshcim, Heinricus Vorgazzvn, Nicolaus de Tittensheim milites, Heinricus Bovngarter scultetus Zouigensis, Heinricus Hunno faber, Hurreboldus, Johannes dictus Tvuelli et alii quamplures. Act. Basilee, anno domini M°C°LXXIII°, VII. idus marcii.

136. *Konrad Vogt von Blotzheim leiht ein Gut daselbst dem Kloster Olsberg zu Erbrecht.* *Basel 1274 März 17.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 83 (A).
** Germania 29 (N. F. 17), 34.*
Eingehängtes Siegel des Domsängers Erchenfrid (n° 32).

Universis presencium inspectoribus Conradus dictus Aduocatus de Blazein noticiam subscriptorum. Sciant omnes, quos nosce fuerit oportunum,[a]) quod ego lunadium vulgaliter dictum mendach, quod ego a domino Johanne de Vfhen milite jure feodi possideo et possedi, situm in Blazein inter bona, que venerabiles in Christo . . abbatissa et conventus de Ôlspereh emerunt a domino Petro dicto inme Turne milite, eisdem dominabus pro censu annuo sex solidorum et unius schoffimini avene concessi perpetuo jure hereditario possidendum. In cujus rei testimonium, quia proprium sigillum non habeo, rogavi dominum cantorem Basiliensem, ut presentem litteram sigillo suo duceret sigillare. Act. Basilee, anno domini M°C°LXXIII°, sextodecimo kal. aprilis. Nos Ercenvridus cantor Basiliensis ad petitionem dicti Conradi sigillum nostrum dedimus presentibus apponendum. Act. et dat. Basilee, anno et die premissis. Testes hujus rei sunt dominus Petrus Schalarius, dominus Diethelmus Golin, dominus Hugo de Lôrach, dominus Hugo de Shophen, Rodolfus de saneto Martino, Petrus de Kalamis et frater Cono.

137. *Das Kloster St. Alban leiht dem Schuster Burchard ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1274 März 27.*

Original Pr. n° 85[a] (A).
An Pergamentstreifen hängen die Siegel von St. Clara und St. Alban (n° 66 und 52).

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis . . prior et conventus saneti Albani foris muros Basilienses salutem et in domino caritatem. Sciant omnes, quos scire fuerit oportunum, quod nos concessimus Burchardo sutori civi Basiliensi domum juxta portam Crucis sitam domui Henrici Fabri conversi contiguam, cujus proprietas ad ecclesiam nostram predictam liberaliter non ambigitur pertinere, jure hereditario sub annuo censu trium solidorum et duorum circulorum nomine revisorii nobis immo ecclesie nostre per annos singulos more solito solvendorum secundum approbatam et instrumento publico confirmatam consuetudinem Basiliensis civitatis quiete et pacifice possidendam, hoc adicientes specialiter et expresse, quod mutata

136. a) oportum *in A.*

manu ipse Bur[chardus] vel sui heredes possessionem prefate domus pro mutatione temporis ingressuri tres solidos pro honorario ecclesie nostre solvent, quibus ab ipso Bur[chardo] vel suis heredibus perceptis nomine honorarii nichil amplius exigemus. In cujus facti evidentiam presens instrumentum est confectum et conventus nostri necnon conventus monasterii sancte Clare, a quo idem Bur[chardus] partem domus predicte sive jus, quod ipsi conventui in eadem conpetebat, conparavit,[a]) universitatisque civium Basiliensium sigillis ad ipsius Bur[chardi] instantiam communitum. Testes: Henricus Faber conversus, Johannes de Nŵwilr, Conradus ortulanus, Bur[chardus] conversus de sancta Clara, . . villicus de Mvzewilr, C. dictus Venter, Gerungus molendinarius de sancto Albano et quamplures alii fide digni. Datum Basilee, anno domini M̊C̊C̊.L̊X̊X̊IIII̊, sexto kl. aprilis.

138. *Das Domstift leiht dem Chorherrn Jacob von St. Peter eine Hofstatt zu Erbrecht.* *Basel 1274 April 26.*

Original Pt. n° 51 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 50° n° 100 (B).
Arnold 341 nach A.

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: de domo in dem Schûrhoue.

An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Domstifts (n° 18).

Cŵnradus decanus et capitulum ecclesie Basiliensis universis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, cum Burchardus miles dictus de Vfhein aream sitam non longe ab ecclesia sancti Petri Basiliensis juxta murum civitatis inter aream domini Johannis militis de Vfhein et domum lapideam magistri Heinrici de Wilon canonici predicte ecclesie sancti Petri a nobis pro annuo censu viginti quatuor solidorum in jejuniis quatuor temporum solvendorum jure hereditario possideret, ipsam Jacobo cellerario venerabilis patris ac domini nostri episcopi Basiliensis canonico ipsius ecclesie sancti Petri vendidit pro triginta libris denariorum et una libra, quas coram nobis se confessus est integraliter recepisse, et eandem aream in manus mei Cŵnradi decani, qui sum et camerarius, pro se et pro Johanne ac Greda liberis suis ac nomine ipsorum, quorum tutor existit, et nichilominus ad cautelam per manus eorum libere resignavit petens, ut eam cum turri et aliis superedificatis ipsi Jacobo sub prescripto censu jure concederemus hereditario possidendam, quod et nos post resignationem et petitionem hujusmodi recepto, sicut mos est, honorario fecimus et facimus per presentes. Protestatus autem fuit in nostra presentia dictus miles nullum unquam liberorum suorum recepisse predictam aream vel habuisse juris aliquid in eadem, sed quia [a]) dictos Johannem et Gredam liberos suos susceperat ex . . bone memorie dicta de Herinchein tunc uxore sua, quando ipse a domino . . de Liebeke sepetactam aream conparavit, ideo resignavit ipsam per manus eorum, ut frivolarum altercationum omnis in futurum occasio totaliter

137. a) conpetebat *und* aravit *auf Rasur in A.*
138. a) *kleine Lücke auf Rasur in A.*

anputetur. Actum seu dat. anno domini M°CC.LX°X quarto, VI. kal. maii. In testimonium premissorum presens carta sigillo nostro rogatu partium est munita. Testes: Heinricus Camerarii, Diethelmus filius Diethelmi de Baden militis, canonici Basilienses, magister Heinricus de Wilon et Cono notarius canonici ecclesie sancti Petri Basiliensis, Wern[herus] capellanus domini prepositi, Diethelmus de Baden et Diethelmus Camerarii milites, Wern[herus] de Vesineke et alii fide digni. Ego Bur[chardus] de Vfhein miles confiteor omnia prescripta taliter esse acta, quemadmodum superius sunt narrata, et specialiter protestor pecuniam me prescriptam integraliter recepisse, in signum hujus petens hanc cartam sigillo dominorum meorum predictorum Basiliensis capituli communiri. Actum Basilee, anno et die supradictis. Et sciendum, quod, cum area predicta de duabus sit arcis counita, quarum una olim dicebatur Schvrhof, alia vero fuerat . . relicte Johannis quondam de Wilon, de area dicta Schvrhof quinque tantum solidi nomine honorarii dicti vulgariter erschaz in mutatione manuum dari debent, de qua nomine census viginti solidi persolvuntur, de alia vero area pro censu dantur quatuor solidi et pro honorario [b]) solidi, cum ad id obtulerit se facultas.

139. *Johann von Ölenberg, Chorherr von St. Peter, giebt dem Stifte St. Peter ein Haus in Basel und Güter zu Wolschweiler und empfängt sie wieder zu Erbrecht, zusammen mit seinem Cleriker Johann und mit Propst und Convent von Ölenberg.*

Basel 1274 April 27.

Original Pt. n° 52 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 22ᵛ n° 25 (B).
An Bandern hangen vier Sieget: 1. Domstift (n° 18). 2. St. Peter (n° 40). 3. und 4. mit fast völlig unkenntlich gewordener Schrift.

Universis presentium inspectoribus Johannes de Oelemberg canonicus ecclesie sancti Petri Basiliensis rei geste memoriam. Noverint universi, quod ego tam pro remedio anime mee quam pro eo, quod domini et confratres mei capitulum ecclesie sancti Petri predicte participationem mihi dederunt in stipendio prebendali, domum meam sitam Basilee juxta cimiterium sancti Petri, quam hereditario jure teneo a venerabilibus dominis meis capitulo majoris ecclesie Basiliensis, tradidi et trado predicte ecclesie sancti Petri per manum et consensum Johannis clerici mei et honorabilium virorum Dietheri prepositi et conventus ecclesie de Oelemberg Basiliensis diocesis et hanc tradicionem per manum venerabilis domini Conradi decani Basiliensis, qui est et camerarius, ratificavi et, quantum jus vel consuetudo exigit, stabilivi. Ad hec possessiones sitas apud Wolfswilr solventes quatuordecim verdencellas spelte et octo verdencellas avene singulis annis, quas excolit Berschinus de Blawen, ad me devolutas ex permutacione, quam feci cum prefatis . . preposito et conventu de Oelemberg pro possessionibus meis, quas habebam apud Gurzele, tradidi et trado jam dicte ecclesie sancti Petri

188. b) *Lücke im Text in A.*

et in vacuam possessionem misi et mitto auctoritate presentium literarum per manum et consensum Johannis, D[ietheri] prepositi et conventus predictorum. Et tam domum quam possessiones prescriptas ego unà cum eisdem Johanne, . . preposito et conventu recepi et recipio a dominis meis capitulo sancti Petri jure tenendas hereditario pro annuo censu octo librarum solvendarum ipsis divisim in festo nativitatis domini et festo beati Johannis baptiste et distribuendarum in quibusdam festis pro mee beneplacito voluntatis. Intervenit autem premisse traditioni tale pactum, quod, quandocumque ego seu prenotati Johannes, . . prepositus et conventus, quibus tam in domo quam in possessionibus prefatis jus competit post obitum meum secundum quod instrumenta super hoc confecta declarant, sepedictis dominis meis capitulo sancti Petri assignaverimus annuos redditus octo librarum in locis et possessionibus competentibus, tunc domus et possessiones prenotate ad me, Johannem, . . prepositum et conventum sine difficultate seu contradictione qualibet revertentur pro meo et ipsorum arbitrio disponende. In testimonium premissorum presens carta dictorum dominorum meorum . . decani et capituli majoris necnon capituli sancti Petri ecclesiarum Basiliensium, meo, . . prepositi et conventus de Oelemberg sigillis est munita. Nos Dietherus prepositus et conventus ecclesie de Oelemberg et Johannes predicti confitemur omnia prescripta sic esse acta, quemadmodum superius sunt narrata, et eis consensum nostrum plenum et voluntarium adhibemus. Nosque conventus de Oelemberg et Johannes sigillo domini nostri Dietheri prepositi memorati, quia sigilla non habemus propria, sumus usi. Act. Basilee, anno domini M̊CC̊LX̊XIII̊I, quinto kal. maii.

140. Joh[ans] von Basele burger von Zürich *in dem Briefe an König Rudolf.* *Zürich 1274 Mai 19.*

Herrgott 2, 443 nº 539 nach einer Abschrift.

141. *Das Kloster Blotzheim tauscht mit den Söhnen des Meiers Vechtlin von Leimen Güter zu Blotzheim und Leimen.*

— 1274 Mai 27.

Original im BA. Kolmar, Lützel nº 11 (A).

Von den drei an Bändern hängenden Siegeln ist nur noch das der Stadt Basel erhalten (nº 140).

Universis Christi fidelibus presentem literam inspecturis . . abbatissa et conventus de Blatshein noticiam rei geste. Noverint universi, quod nos deliberatione prehabita et ecclesie nostre utilitate inspecta cum Johanne et Heinrico fratribus filiis villici quondam de Leimen dicti Vechtlin propter suum et nostrum commodum permutationem fecimus talem videlicet: ipsi fratres possessiones suas universas, quas in banno et villa de Blatshein tenuerunt, cum omni jure et appendiciis universis titulo permutationis in nos et nostrum monasterium transtulerunt, nos vero ipsis e converso possessiones nostras omnes, quas in banno et villa de Leimen habuimus et ex donatione . .

relicte Camerarii Basiliensis ad nostrum monasterium fuerant devolute, cum omni jure et appendiciis contulimus et in ipsos de consilio et consensu venerabilis patris nostri . . abbatis de Lúcela transtulimus titulo permutationis perpetuo possidendas. In cujus rei memoriam supradicti domini . . abbatis necnon civitatis Basiliensis, cujus sunt cives fratres antedicti, et nostrum videlicet abbatisse sigilla presentibus sunt appensa. Testes: Heinricus Camerarii canonicus Basiliensis, Conradus Camerarii, Diethelmus frater suus, Conradus ze Rine, Burch[ardus] Vicedominus senior milites, Albertus de Wûnach, Conradus Ackirman, Johannes an der Straze, Conradus Howinstein laici et alii quamplures. Act. anno domini M°CC.LXXIII°, VI. kl. junii, indictione II.

Nos . . divina permissione abbas de Lucela, item nos Mathias de Eptingen magister civium et consules Basilienses presentis carte notarium subscribere jussimus et sigilla nostra appendimus in testimonium veritatis.

142. *König Rudolf I. erneuert und bestätigt das Privileg des Königs Heinrich vom 12. November 1227, welches die Basler Bürger lehensfähig erklärt.* *Ensisheim 1274 Juni 15.*

*Trouillat 2, 250 n° 192 nach einer Abschrift des 16. Jh. des Vidimus des Königs Albrecht vom 14. Oktober 1298 im bischöflich baselischen Archiv. Vgl. auch Trouillat 2, 671 n° 514. — Auszug RUB. 1, 106 n° 118. — * Böhmer 406 n° 1258.*

143. *König Rudolf I. gewährt den Bürgern von Basel die Freiheit, dass sie wegen des Bischofs nicht gepfändet werden dürfen, und dass alle Forderungen an sie vor dem königlichen Gericht ausgetragen werden sollen.* *— 1274 Juni 17.*

Acta 2, 80 n° 91 nach Abschriften von 1304 in Biel.

Ruodolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis Romani imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum. Fidelium subditorum nostrorum desideria, que a juris tramite non discordant, majestatem decet regiam exaudicionis promptitudine effectui mancipare. Noverit igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod nos fidelium subditorum nostrorum civium Basiliensium juri consonis, equitati convenientibus supplicacionibus favorabiliter inclinati eisdem auctoritate presencium ex regie potestatis plenitudine duximus indulgendum, ut nullus omnino marchio, dux vel comes, alta vel humilis, ecclesiastica secularisve persona ipsos occasione venerabilis ejusdem loci Basiliensis episcopi, nostri et Romani imperii principis predilecti, vel ejus seu cujuslibet persone alterius debitorum seu questionum pretextu vadimoniare presumat seu audeat pignorare. Sed si quis cujuscunque condicionis persona contra predictos cives Basilienses aliquid habuerit seu habere se putaverit actionis, jus suum sibique debitum coram majestatis regie presencia, ubi ipsos conveniri volumus, actionibus suis legitime institutis, judiciario ordine prosequatur, cum

judiciorum vigor sit in medio constitutus in nobis, ut sine personarum delectu omnibus et de omnibus debeamus equa trutina equum et justum judicium judicare et alter alterius odio non debeat pregravari. Nullus ergo omnino hominum hanc nostre concessionis et indulgencie graciam equitati et juri consonam audeat infringere vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravissimam nostre serenitatis offensam se noverit incurrisse. Volentes nichilominus ac regia auctoritate mandantes officiatis, ministris, civitatum oppidorum villarum et aliorum locorum sub Romano constitutorum imperio defensoribus, rectoribus seu magistris necnon universis nostris et Romani imperii fidelibus, ut predictis civibus Basiliensibus contra temeratores et hujusmodi concessionis nostre calumpniatores ac violatores consilium et auxilium exhibeant oportunum. In quorum testimonium et memoriam sempiternam presentem litteram exinde conscriptam sepedictis civibus tradimus majestatis nostre sigilli robore communitam. Datum et actum XV. kalendas julii, anno domini MCCLXXIIII, indictione II, regni vero nostri anno primo.

144. *Die Witwe Gertrud vom Kornmarkt schenkt dem Stifte St. Leonhard Güter zu Istein und Hutlingen.* *Basel 1274 Juli 26.*

*Original Lh. n° 35 (A). — * Lh. D. fol. 187. — * Lh. B. fol. 16.*

An Bändern hängen die Siegel des Bischofs (n° 15) und des Domstifts (n° 18).

Heinricus dei gratia Basiliensis episcopus, C[onradus] decanus et capitulum ejusdem ecclesie omnibus Christi fidelibus presens instrumentum inspecturis salutem eternam et in domino caritatem. Sciant universi, quod Gerdrudis vidua domina de Foro frumenti civis Basiliensis spiritu sancto inspirante volens diem extremum operibus misericordie prevenire, dum adhuc statu gauderet incolumi, utputa sana et conpos concesse sibi a domino rationis, omnia bona sua, que habebat in villis et bannis Ystein et Hvtingen in vineis, agris et aliis eorundem pertinentiis quibuscunque titulo juris hereditarii ad ipsam legitime devoluta et multis annis possessa sine reclamatione cujuslibet et obtenta, quorum proprietas ad venerabiles in Christo viros prepositum et capitulum sancti Leonardi nostre civitatis dinoscitur pertinere, voluntarie, liberaliter, non coacta nec ab aliquo circumventa resignavit coram nobis et tradidit ecclesie supradicte sancti confessoris Leonardi. Quam donationem cum omni juris et facti sollempnitate, quam decuit adhiberi, recepit ad manus suas Wernherus ecclesie prefate prepositus pro se et ecclesie suc capitulo prenotato coram testibus subnotatis, videlicet Heinrico Camerarii, Heinrico scolastico concanonicis nostris, Arnoldo decano sancti Johannis, Chvnone vices gerenti archidiaconi, Johanne vicescolastico Basiliensi, Johanne de Erlibach et aliis fide dignis. In cujus facti evidenciam roburque perpetue firmitatis instrumentum hoc publicum est confectum et rogatu ipsius prepositi et capituli necnon dicte Gerdrudis instancia diligenti sigillis nostris presentibus consignatum. Dat. anno domini M°C°LX°X quarto, in crastino Jacobi, hora tercie, in choro Basiliensi.

Digitized by Google

145. Berta de Grellingen *verzichtet vor dem erzpriesterlichen Official zu Basel zu Gunsten des Klosters Blotzheim auf Rebgärten* apud Wile.

Unter den Zeugen: Waltero willico civi Basiliensi.

— *1274 August 18.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 12 (A).

Eingehängtes Siegel des Officials: † S . OFFIC . ARCHID . BASIL.

146. *Bischof Heinrich giebt den Bürgern von Klein-Basel eine Handfeste.* *Basel 1274 August 25.*

Original St. Urk. n° 47 (A) und n° 48 (A^1).

ASchwG. 11, 27 nach A.

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

An beiden hängen an roten Seidenfäden je drei Siegel: 1. Bischof (n° 15). 2. Domstift (n° 18). 3. Stadt (n° 140). Für die Fäden eines vierten Siegels sind Öffnungen geschnitten, aber nicht besetzt.

Wir Heinrich von gottes gnaden bischof ze Basile tůn kunt alrmengeliehem, de wir mit rate uñ mit willen ůnsers capitels gemeinlich ůnsern lieben burgern von enren Basile,[a]) die michel kosté uñ michel arbeite an libe uñ an gůte hant gehabt, daz[b]) si den selben vlecken uñ die selbun stat hant gebuwen uñ gevestet uñ noch fúrbaz mit ir kosten můzen buwen uñ vesten, die gnade han getan, dur daz si deste baz luste ze buwenne uñ da ze belibenne, daz si ůns jergelich niht wand[c]) vierzee[d]) phunt phenninge geben sůlen ze gewerfe unde die geben sůlen[e]) ze sant Martins mes, unde weder wir noch ůnser nachkomen me von inen vordern oder nemen sůlen ze gewerfe wand diu selben vierzig phunt, uñ daz ůns uñ[f]) ůnsern[g]) nachkomen der benůgen[h]) sol, uñ sol diz ding ůns uñ ůnsern nachkomen enhein schade sin an ůnsern gerihten uñ andern rehten unde diensten ze enren Basile, wand alein an dem gewerfe. Wære aber daz, de[i]) si gegen ůns oder ůnsern nachkomen niht erkanden die gnade, die wir inen han getan, uñ bedehteeliche uñ[f]) gemeinlich ungehorsam wurden der rehte unde der dienste, der si schuldig sint, so sol si dirre brief umbe de[i]) gewerfe nimme vervan, unde sol disiu gnade unde disiu gesetzde[k]) von dem gewerfe abe sin. Dur daz diz stete belibe, so ist dirre brief besigelt mit ůnserm,[l]) ůnsers capitels uñ ůnserre stat von Basile ingesigeln. Diz geschach ze Basile, do von ůnsers herren Jesu Christi gebůrte waren zwelf hundert sůbenzig uñ vier jar, an dem nehsten samztage nach sante Bartholomei tage dez zwelfbotten. Wir Cůnrat der dechan uñ de[i]) capitel gemeinlich von Basile kůnden alrmengeliehem, swaz gnaden ůnser herre der vorgenante bischof Heinrich ůnsern[m]) lieben den vorgenanten burgern von enren Basile hat getan umbe daz gewerf, alse hie vor geschriben ist, de daz ůnser gůt wille ist, uñ[f]) wellen,

146. a) Basil A^1. b) de A^1. c) wan A^1. d) vierzig A^1. e) sůllen A^1. f) unde A^1. g) ůnser A^1. h) begnůgen A^1. i) daz A^1. k) gesetzede A^1. l) unserme A^1. m) unsern A^1.

swer iemmer ůnser herre werde uñ bisehof ze Basile, daz der ez stæte[n]) habe. Ze urkůnde so henken wir ůnser ingesigel an disen brief. An disem dinge uñ der bestetegunge dirre vorgeschribenun gnade waz mit mir Chv̊nrade[o]) dem dechane von ůnserm capitel Livtolt von Rô̊tenlein, Peter der erzepriester,[p]) Erkenurit[q]) der senger, Heinrieh der sehůlmeister, Heinrich des Kamerers der kelner, meister Chv̊ne von Tamphivn,[r]) Johans liupriester ze Woffenhein, Livtolt liupriester ze Eggenhein, Wernher der Schaler, Dietrich am Orte, Rv̊dolf hern Kraftez[s]), Hůg in dem Turne, Diethelme[t]) Gôli uñ der . . Kvchimeister[u]) tůmherren von Basile. Diz dinges, so an disem brieve geschriben[v]) ist uñ gestetet von ůnserm herren bisehof Heinriehe von Basile uñ sime capitele, dez sin wir gezůge: ich Mathis von Eptingen dir[w]) burgermeister, Burkart der Vitztvm, Heinrieh der Mv̊nch, Chv̊ne von Ramstein uñ Otte der Sehaler ritter von dem rate, uñ ieh Peter der Schaler der schultheise[x]) von Basile, Heinrich der rebeman, Heinrich von Solotern, Johans der brotmeister, Hůg der Pauler, Hůg zer Sunnen, Johans Schônkint, Wernher der Rote uñ Wezzel der meier von Istein dez rates von den burgern, Willehelme[y]) an der Vrienstraze, Jaeob der Stamler, Johans Stebeli, Walther Winhart, Reimvnt der sehrô̊ter, meister Niehlaus[z]) der phister,[aa]) Heinzi Trvteli[bb]), meister Peter der obser, Dietrieh von Lvtra, meister Heinrieh von Bieln, Heinrich Binzhein, Hiltewin der seherer, V̊lrieh der verwer, Walther der metter, meister Salman der linweter,[cc]) dez râtes von den zůnften. Dar ůber, wand ez die vorgenanten ůnser herre der bisehof uñ sin eapitel ůns vliseelich[dd]) gebetten hant in ůnserm rate, so henken wir ouch ůnserre stat gemein ingesigel an disen gegenwartigen brief ze gezůge uñ zeim ewigen urkůnde der dinge, so hie geschriben[ee]) sint.

147. *Elisabeth, Witwe des Ritters Heinrich von Trothaus, schenkt dem Kloster St. Clara Güter zu Helfranzkirch.*

Basel 1274 Oktober 3.

*Original Cl. nº 14 (A). — Deutsche Übersetzung von 1586 Cl. Ppurk. 27 (B). — * Cl. J. pag. 274.*

An Pergamentstreifen hängen zwei Siegel: 1. Domscholaster Heinrich (nº 30). 2. Archidiacon Dietrich (nº 25).

[Eg]o[a]) Elisabet relicta quondam Henriei militis de Trothvsvn notum faeio universis presentes literas intuentibus, quod ego sana et incolomis eorpore in remedium anime mee possessiones sitas in villa Helfrazchilc Basiliensis dioeesis, que quidem[b]) possessiones se ad tria lunadia et X jugera extendunt, quas eeiam Rv̊dolfus, Henrieus et V̊l[ricus] fratres de Helfratskilch, item Rv̊dolfus filius banwardi et Conradus banwart de villa predicta

146. n) stete *A*[1]. o) Cv̊nrade *A*[1]. p) erzebriester *A*[1]. q) Erkenvrid *A*[1]. r) Tanfivn *A*[1]. s) Kraftes *A*[1]. t) Diethelm *A*[1]. u) Kv̊chimeister *A*[1]. v) gescriben *A*[1]. w) der *A*[1]. x) schultheize *A*[1]. y) Willehelm *A*[1]. z) Nielaus *A*[1]. aa) pfister *A*[1]. bb) Trv̊teli *A*[1]. cc) linwater *A*[1]. dd) vlizeclich *A*[1]. ee) hie vor geschriben *A*[1].

147. a) *Die Ecke des Pergamentes ist abgerissen.* b) quidam *in A.*

pro certo censu videlicet XXIIII quartalium divisim siliginis et avene annis singulis solvendorum et diucius et sepius mihi solutorum excoluerunt, que eciam possessiones ad me jure proprio pertinebant, abbatisse et conventui sancte Clare nomine ipsius ecclesie secundum jus et bonam conswetudinem civitatis Basiliensis libere contuli, dedi et tradidi perpetuo possidendas. Testes autem. qui interfuerunt, sunt hii: dominus Henricus scolasticus Basiliensis, Dietricus in Fine, Wernherus Scalarii canonici Basilienses, item Otto Scalarius, Conradus Monachus, Conradus de Reno, Berchtoldus Vicedominus et Wernherus de Rapere milites et alii quamplures fide dingni. In cujus rei testimonium, quia sigillum proprium non habeo, sigillis domini Henrici scolastici et Dietrici de Fine canonicorum supradictorum usa sum presentibus et contenta. Actum et dat. Basilee, anno domini M°C°LXXIIII, V. nonas octobris, ante domum Dietrici in Fine predicti. Nos H[enricus] scolasticus et Dietricus in Fine canonici Basilienses in testimonium premissorum et ad petitionem Elisabet memorate sigilla nostra presentibus duximus appendenda.

148. *Konrad Ackermann schenkt dem Johanniterhause in Basel Güter zu Blotzheim und empfängt sie von ihm zu Erbe geliehen; an ihrer Stelle erhält er früher geschenkte ebendort gelegene Güter zurück und verkauft diese dem Domsänger Erchenfrid; Erchenfrid schenkt sie dem Kloster Olsberg, und dieses leiht sie wieder dem Konrad Ackermann zu Erbrecht.* *Basel 1274 Oktober 27.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 85 (A).
An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel: 1. Erzpriesterlicher Official (n° 38). 2. Johanniterhaus Basel, zerbrochen (n° 85).

Nos officialis curie archidyaconi Basiliensis omnibus presencium inspectoribus intimamus, quod in presentia nostra constitutis . . commendatore domus Basiliensis Hospitalis sancti Johannis Ierosolimitani et Chûnrado dicto Ackerman, qui possessiones ad quantitatem XIII jugerum et ad quantitatem prati volgo dictam manewerch in villa Blazhein, videlicet zer Liehspach[a]) juger et dimidium, ze Wannendal unum juger apud pueros domini Ottonis de Blazhein, item in via que dicitur Bûsweg duo jugera apud predictos pueros, item in alia zelige vor dem Holen wege unum juger apud Chûnradum dictum an dem Velde, item in Bezelins grunde an der Anewande unum juger, item in superiori monte Scheggenberge juxta dominas de Blazhein IIII^{or} jugera, quorum tercia pars est dominarum de Olesberg, item in inferiori Scheggenberge duo jugera apud predictas dominas de Blazhein, item pratorum unum manewerch in Ringolzwilr apud predictas dominas de Blazhein, item an deme Stêne tria jugera agrorum apud dominum Nycolaum de Titenshein, item an dere Ebenôte terciam partem jugeris ante juger domine Guoten, a predicta domo Basiliensi, cui proprietatem contulerat, jure hereditario pro censu IIII^{or} denariorum annuatim solvendorum possidebat, dictus Ackerman

148. a) Liehspach *auf Rasur in A.*

curiam suam in Blazhein et agrum dictum vor dem Hove[b]) in predictam domum Hospitalis coram nobis presente . . conmendatore et recipiente donationem contulit hoc modo, ut proprietas curie ad Hospitale sancti Johannis pertineret, sed hereditario jure ad dictum Ackerman ac heredes suos pro IIII^{or} denariorum censu annuo possideretur, prenotate vero possessiones libere cum pleno jure directi et utilis dominii ad ipsum Ackerman devolverentur. Demum sepedicte possessiones per eundem C[hůnradum] dictum Ackerman venerabili viro E[rkenfrido] cantori Basiliensi pro viginti libris monete Basiliensis vendite sunt hoc modo et donate monasterio in Olsberg per eundem . . cantorem, ut sepe dicto Ch[ůnrado] Ackerman, filio suo C[hůnrado] et aliis heredibus ipsorum jus enphiteoticum sive hereditarium sub censu trium vierdezellarum spelte et unius siliginis annuatim solvendis per unum tantum, etiam si plures essent heredes, et honorario duodecim denariorum solvendo ad mutationem manus conpetere dinoscatur. Unde in signum ejus, quod nichil gestum sit in lesionem domus Hospitalis sancti Johannis, sed quod meliores possessiones in loco priorum possessionum sunt subrogate, et quod autoritas nostra premissis omnibus intervenit, necnon quod sigillum preceptoris Hospitalis sancti Johannis per Alamaniam diligentia et sollicitudine fratrum domus Basiliensis et predicti C[hůnradi], cujus omnia bona cantori[c]) sunt obligata, quousque consensus interveniet preceptoris, apponi presenti litere procuretur, sigillum curie archidyaconi Basiliensis huic karte dedimus appendendum. Datum Basilee, anno domini M̊CC̊LX̊XIII̊I, in vigilia apostolorum Simonis et Jude. Nos preceptor[d]) Hospitalis sancti Johannis per Alamaniam et nos . . conmendator domus Basiliensis in signum consensus sigillamus literam presentem.

149. Johannes de Vfhein miles *scheukt dem Kloster Lützel ein Gruudstück in Michelbach. Unter den Zeugen:* Frater Henricus lector Predicatorum Basiliensium, frater Henricus dictus de Loufenberc ejusdem ordinis, frater Chono magister de Atmswilr, dominus Petrvs dictus Albedo custos sancti Petri, Hugo Bawalarius, Wernherus dictus Vuchz cives Basilienses. — In cujus rei testimonium presentem paginam sigillis mei ac judicum Basiliensium eis tradidi sigillatam. *Basel 1274 November 27.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 72 (A).
Beide (an Pergamentstreifen hängenden) Siegel fehlen.

150. *Domdecan Konrad entscheidet den zwischen dem Johanniterhaus und den Erben Ulrichs, Custos zu St. Peter, über Güter zu Hüniugen schwebenden Streit.* *Basel 1274 November 28.*

Original Pt. n° 53 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 13 n° 6 (B).
An Bandern hängen drei Siegel: 1. Domstift (n° 18). 2. Domdecan Konrad (n° 23). 3. Johanniter-Vicepræceptor (n° 83).

148. b) et agrum *bis* Hove *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* c) cantori *corrigiert aus* cantoris *in A.* d) preceptor *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

Cůnradus decanus Basiliensis universis presentium inspectoribus salutem et noticiam subscriptorum. Noverint universi, quos id nosse fuerit oportunum, quod, cum inter . . conmendatorem et fratres sacre domus Hospitalis Ierosolimitani extra muros Basilienses ex una parte et inter quinque personas, videlicet Ludewicum canonicum ecclesie sancti Petri Basiliensis, Mehtildim uxorem Wernheri dicti Wcherer, Irmendrudim uxorem Henrici villici, Margaretam et Conradum fratrem suum heredes Vlrici bone memorie custodis quondam ecclesie sancti Petri predicte, ex parte altera super quibusdam possessionibus sitis apud Huningen, quas predictus custos a predicta domo tenuit, questio fuisset suborta super eo, quod prenotati heredes memoratas possessiones contendebant ad se pro censu consueto et jure hereditario pertinere, prelibatis autem conmendatore et fratribus asserentibus e converso dictas possessiones domui sue libere vacare de jure, et tandem post multa, cum in forma judicii aliquamdiu disceptarent, nobis et aliis viris providis mediantibus de partium consensu, accedente quoque consensu venerabilis viri fratris Berngeri de Löfen prioris sive magistri supradicti Hospitalis per Alamaniam, supradicta questio sopita extitit in hunc modum, quod conmendator, qui pro tempore prerit predicte domui, supranominatis quinque personis unicuique septem solidos usualis monete in festo beati Martini, quamdiu vixerint, persolvat singulis annis, et unoquoque decedente ab illis predictus conmendator et domus absoluta erit a solutione septem solidorum, qui decedentem contingebant, et omnibus decedentibus ab universa pensione libera et absoluta erit domus supradicta. Et sic sepefati heredes juri suo, si quod eis in predictis possessionibus conpetebat vel conpetere videbatur, renunciaverunt et domum prelibatam in possessionem miserunt dictorum bonorum vacuam et quietam. Acta sunt hec in stupa mea, IIII. kl. decembr., in presentia domini Diethelmi dicti Göli canonici majoris ecclesie Basiliensis, domini Conradi decani ecclesie sancti Petri predicte, domini Petri custodis et Burchardi scolastici ejusdem ecclesie, domini Johannis de Liestal plebani in Munzach, fratris Petri de Ehenhein tunc conmendatoris predicte domus necnon confratrum suorum videlicet fratris Henrici sacerdotis, fratris Rodolfi dyaconi de Colonia, fratris Conradi de Ramstein, fratris Vlrici de Schuphen et fratris Burchardi de Vriken, item domini Diethelmi fratris mei et domini Johannis Robarii militum Basiliensium[a]) aliorumque fide dignorum, anno domini M°CC°LXXIII°. Nos Conradus decanus ecclesie Basiliensis prenotatus rogatu ambarum partium sigillum nostrum et capituli Basiliensis in testimonium premissorum presentibus duximus appendendum. Nos vero Berngerus prefatus, ut ea, que premissa sunt, robur firmitatis obtineant, sigillum nostrum presenti cedule dedimus appendendum. Et sciendum, quod prefata Margareta una coheredum supradicti Vlrici bone memorie custodis sancti Petri memoratis fratribus sacre domus Hospitalis Ierosolimitani extra muros Basilienses vendidit pensionem septem solidorum, qui eam contingebant, ut supra extitit memoratum.[b])

---

150. a) militibus Basiliensibus *A.* b) *Der ganze Schlusssatz* Et sciendum *bis* memoratum *von anderer jedoch gleichzeitiger Hand geschrieben in A.*

151. *Bertha, Witwe des Lütold Gessler von Rufach, schenkt dem Kloster Klingenthal Rebberge zu Suntheim unter Vorbehalt lebenslänglicher Nutzniessung. — 1274 Dezember 25 — 1275 September 23.*

Original Kl. nº 64 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: De rebus Lvtoldi quondam Gesselerini.

An einem Bande hängt das Siegel von Rufach (nº 142).

Ego Berta vidua relicta quondam Lutoldi civis Rubeacensis dicti Gezelhers notum facio universis, quod ego sana et bona deliberacione prehabita pro remedio anime mee et predicti mariti sex scados vinearum sitos in banno et villa Sunthein juxta fossatum in Wrmulhein contuli libere priorisse et collegio sororum de Clingendal donacione inter vivos facta ex testamento. Usumfructum quamdiu vixero mihi retinui ad vite presentis necessitatem sub annuo censu sex solidorum prelibatis sororibus in anniversario prefati Lutoldi pro pietancia persolvendo, nec donacionem predictam revocaro vel inmutare potero circa prolem vel aliquem heredem. Insuper sciendum, quod post mortem meam[a]) pretactos sex scados prelibate sorores de Clingendal suis usibus applicabunt hac condicione apposita, quod in utroque anniversario videlicet meo et Lutoldi quondam mariti mei priorissa perpetuo providebit conventui in decem solidatis piscium. Testes: Bertoldus filius meus, Fridericus in den Werde, Billungus, Sigilinus, Sifridus frater ejusdem, Henricus Tesselman. Acta sunt hec anno domini MCCLXX quinto,[b]) indictione tercia. In hujus rei testimonium firmitatemque perpetuam instrumentum hoc publicum confectum est et sigillo civium Rubeacensium contra futurorum eventus casuum roboratum.

152. *Der Leutpriester in Klein-Basel gestattet dem Kloster Klingenthal, sich in seiner Pfarrei anzusiedeln. Basel 1274 —*

Original Kl. nº 57 (A). — Deutsche Übersetzungen des 16. Jh. in Kl. S. fol. 86ᵛ und von Wurstisen in WCD. fol. 24.

Wackernagel 2, 360 nº 6 nach A.

An einem Bande hängt das Siegel des Archidiacons Peter (nº 26).

Venerabilibus ac devotis in Christo . . priorisse et conventui sororum in Klingental sub cura fratrum Predicatorum degentium P[etrus] archidiaconus Basiliensis et plebanus in ulteriori Basilea sinceram in domino caritatem. Etsi omnem religionem affectuosis studiis ampleetamur, speciali tamen devocione ad ea, que nobis novimus profutura, eo ferveneiori desiderio ferimur, quo per vestra studiosa precamina, quibus sanctitatis merita suffragantur, apud deum fiducialius speramus abolicionem peccaminum eum reconciliatione divina nos misericorditer obtinere. Eapropter deum pre oculis habentes tenaci memoria retinemus, qualiter illustrissimus dominus R[udolfus]

151. a) meam *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* b) *Lücke im Text in A.*

dei gracia Romanorum rex et semper augustus nos dignanter interpellare voluit, cujus preces apud nos, ut dignum est, obtinent vim precepti, quatinus vestrum collegium in nostram parrochiam Basilee trans Renum Constanciensis dyocesis favorabiliter recipere curaremus receptasque fovere, accedentibus ad hoc precibus dilectorum in Christo fratrum Predicatorum Basiliensium, quibus nos familiaritatis vinculo tenerius obligamur. Sicut tunc annuimus et promisimus sponsione vocali, sic eciam nunc promissa effective complentes vos ad dictam nostram parrochiam sollempniter invitantes concedimus presencium per tenorem, ut cum vobis fuerit oportunum sive cum conventu toto vel in parte, prout vobis videbitis expedire, venire possitis, claustrum edificare, ecclesiam construere ac alias officinas erigere, que vestris noveritis conmodis et profectibus oportunas, et vestri capellani, qui pro tempore fuerint, vobis divina celebrent secundum vestram consuetudinem approbatam. In cujus rei testimonium nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Actum et datum Basilee, anno domini M°CC°LXXIII°.

153. Hartmannus de Baldegga burgravius de Rinwelden, advocatus Basiliensis et procurator R[udolfi] dei gracia Romanorum regis *nimmt Äbtissin und Convent von Steinen in der Au in seinen Schirm.*

Luzern 1275 Januar 7.

Kopp 2/1, 729 n° 23 nach dem Original in Schwyz. — Tschudi 1, 182.

154. *Der Bäcker Heinrich Münch verkauft dem Kloster Olsberg Güter in Blotzheim und empfängt sie wieder zu Erbe.*

Basel 1275 Januar 14.

Abschrift des 18. Jh. im StA. Aarau, Olsberger Copialbuch 1, 88 (B).

Judices Basilienses universis presentium inspectoribus salutem in domino Scire volumus universos, quod constitutus coram nobis Heinricus dictus Münch panifex civis Basiliensis possessiones suas sitas in banno ville Blotzen, videlicet in loco, qui dicitur zer Liespach unum juger et dimidium, item duas petias que fuerunt unum juger in duobus locis zem Holderlin et duas partes unius manwerch prati siti in Klingeltzwiler, quas quidem possessiones dicebat ad ipsum pleno jure proprietatis liberas et vacuas pertinere, venerabilibus in Christo Agnese abbatisse et conventui de Olsperg Cisterciensis ordinis, Basiliensis diocesis, pro novem libris Basiliensibus vendidit, tradidit et in corporalem possessionem misit accedente consensu et voluntate uxoris et liberorum suorum, qui easdem possessiones sponte ac voluntarie coram nobis libere resignarunt, renunciantes simul exceptioni non numerate pecunie, doli mali et in factum et omni auxilio juris canonici et civilis, per quod dicta venditio possit aliquatinus impediri. Item sciendum est, quod eadem abbatissa nomine suo et conventus predictas possessiones prefato Heinrico pro censu annuo duarum vierdencellarum spelte, quas Basilee ad domum dicti monasterii sub dampno et periculo suo presentare debet, concessit jure

hereditario possidendas ita, quod in mutatione manus duo capones nomine honorarii, quod vulgo dicitur erschatz, dicto monasterio exsolvantur. In cujus rei testimonium presentem litteram ad petitionem utriusque partis duximus sigillandam. Actum Basilee, anno domini MCCLXXV, crastino beati Hilarii.

155. *Meister und Rat von Basel schliessen mit Meister und Rat von Strassburg Waffenstillstand.* *Basel 1275 Januar 18.*

UBStr. 2, 24 nº 39 nach dem Original im Stadtarchiv Strassburg.

Viris honorandis prudentibus et discretis . . magistro et consulibus Argentinensibus . . magister et consules Baslienses salutem, obsequium et amorem . Cupientes omnes questionum articulos inter vos et cives vestros ex una et nos et civitatem nostram motos ex parte altera fine amicabili terminari et vobiscum in veram et perpetuam ex affectu amiciciam reformari, treugas fideles sine dolo quolibet observandas vobiscum et cum omnibus civibus Argentinensibus ex parte nostri et omnium, qui nostro districtui sunt subjecti, usque ad octavam pasche proximam presentibus confirmamus, transmittentes vestre circumspeccioni has patentes litteras super confirmatione earundem treugarum confectas universitatis nostre sigilli munimine roboratas. Datum in consilio nostro Basilee, anno domini M̊CC̊LX̊X̊V̊, XV. kalendas februarii.

156. *Gertrud, Witwe des Ritters Konrad vom Kornmarkt, schenkt dem Domstift, dem Predigerkloster und dem Richard von Dale Güter in Klein-Basel und erhält sie wieder auf Lebenszeit geliehen.* *— 1275 Januar 28.*

Original Ds. 1, 15 (A).

Von drei an Bändern hängenden Siegeln noch erhalten: 1. Domstift (nº 18). 2. judices (nº 34).

In nomine domini amen. Judices Basilienses universis et singulis presentium inspectoribus salutem et noticiam scripturarum. Constituta coram nobis Gerdrudis vidua relicta quondam bone memorie Chv̊nradi militis in dem Kornmargete Basiliensis civitatis, cum esset compos mentis, matura annis, liberam rerum suarum habens administrationem, gratia illius a quo sancta procedunt desideria inspirante, terrenis celestia caducis permanentia sapienter desiderans comparare, Christum in bonis suis temporalibus successorem sibi liberalitate propria utpote non coacta nec ab aliquo circumventa, coheres cupiens fieri regni dei, instituit et heredem. Bona igitur huic instrumento inserta in anime sue et progenitorum suorum, a quibus ad ipsam eadem successive justo devoluta sunt titulo, salutem atque remedium ad pios usus converti donatione inter vivos facta ex testamento taliter ordinavit. Quartam partem ipsorum bonorum legavit ecclesie beate Marie virginis gloriose in Basilea innuens per hoc argumento probabili rationabiliter et offendens, quod ad ipsius se recognoscat dominium pertinere; quartam etiam

partem religiose domui venerabilium in Christo virorum fratrum ordinis Predicatorum juxta muros Basilienses tradidit et donavit; duas vero partes, hoc est medietatem bonorum pretactorum, usa spiritu sapientie salutaris dedit et assignavit fratri Richardo de Dal sub professione disciplinc regularis in ordine Predicatorum sanctis operibus insistenti tamquam suo consanguineo et alumpno pro libris divinis ad ipsius fratris Richardi spiritualem edificationem in predicto ordine, prout rei deposcit utilitas, conparandis. Si vero prelibatus frater morte preventus predicta superstite vel etiam premortua donatrice viam universe carnis ingressus fuerit, bona sibi legata seu libros vel pretium librorum fratres ordinis Predicatorum predicte domus ex integro, sicut ipsa donatrix instituit, suis usibus applicabunt. Verumtamen, ne tam pia provide facta donatio videatur ingrata, quod absit, ab hiis, quibus facta est ipsius legatio, reputari, nos decanus et capitulum Basiliensis ecclesie et nos prior et fratres ordinis Predicatorum domus predicte Gerdrudi prefate in bonis ipsis bona et libera voluntate permittimus usufructum, quem ad vite presentis sustentationem necessariam humiliter sibi petiit assignari. Possessiones autem, quas prelibata G[erdrudis] legavit, cum omnibus juribus et attinentiis et censibus quesitis et inquirendis, site sunt in ulteriori Basilea infra muros et extra muros. Et hec persone de eisdem possessionibus subscriptum tenentur solvere censum: uxor domini H[einrici] militis dicti Cleriei XVI solidos et VIII pullos; H. Kerlin VI solidos, I pullum; Lace VI solidos, VI denarios, III pullos; Johannes de sancto Martino V solidos, IIII^{or} pullos; Gezribi et Nicholaus Steinlin VIII solidos, IIII^{or} pullos; Johannes Meger Chv̊ne III solidos, II pullos; Wer[nherus] monetarius XVIII denarios, I pullum; civis de Rosa XXX denarios, I pullum; Bur[chardus] faber IIII^{or} solidos, I pullum; Wiener II solidos, II denarios et II pullos; Heinricus de Solodoro I solidum, I pullum; Grabelli I solidum, II pullos; Chv̊nradus Volstuke II solidos, I pullum; dominus Hugo de Morsberch duas vierdencellas siliginis et unum schephminum siliginis et VI circulos; dominus Heinricus scriba dictus Magister panis II vierdencellas siliginis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam instrumentum hoc publicum est confectum et nostro et capituli Basiliensis ecclesie ac prioris fratrum domus predicte sigillis contra futurorum eventus casuum roboratum. Testes autem sunt hii: Erkenfridus cantor, Hen[ricus] cellerarius canonici ecclesie Basiliensis, magister Rv̊dolfus et Petrus canonici sancti Vrsicini, H[einricus] miles de Landesere. Renovata est hec donatio et confirmata presentibus domino Dyethelmo judice, magistro Jo[hanne] rectore scolarium, Johanne sacerdote de cripta, fratribus Predicatoribus R. de Munwilr et Emchone, anno domini M̊CC.LXV̊, V. kl. febr., indictione III.

157. *Der Priester Rüdeger leiht dem Konrad von Nugerol und dessen Frau eine Mühle in Klein-Basel. Basel 1275 Februar 2.*

Original Kl. n° 60 (A).

An Pergamentstreifen hangt das Siegel des Werner Schaler (n° 107).

Rv̊degerus sacerdos rector capelle beate Katerine site in curia quondam

domini . . de Elrbach canonici Basiliensis universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino. Noverint universi, quos nosce fuerit opportunum, quod Hedewigis relicta quondam Růdegeri de Rinuelden et Růdegerus filius ejus molendinum situm in ulteriori Basilea, quod ad capellam nostram predictam spectare dinoscitur et quod jure hereditario a nobis possidebant singulis annis pro quatuor vierdencellis tritici et quatuor vierdencellis annone, que vulgariter dicitur můlikorn, in singulis jejuniis quatuor temporum equaliter persolvendis et decem solidis in festo beati Andree nomine unius porci et quatuor pullis duobus in festo beati Martini et duobus in carnisprivio persolvendis, in manus nostras libere resignarunt. Nos vero, sicut solet fieri de jure et conswetudine, dictum molendinum Conrado dicto de Nŷgerol, Hemme uxori sue et ipsorum heredibus sub jure et censu prehabitis concessimus possidendum.[a]) Sciendum est itaque, quod quinque solidi dari debent pro honorario, quod vulgariter dicitur erschaz, quandocunque mutatur concedentis vel possidentis manus. Insuper dictus Růdegerus promisit coram nobis dicto Conrado de Nŷgerol, si quid dampni per fratrem ejus incurreret racione hujus venditionis vel emptionis, quod ipsum de eodem reddet indempnem. Actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊LX̊X quinto, in festo purificationis, presentibus viris discretis Heinrico quondam magistro panis, H[einrico] dicto Brunader, Lůdewico molendinatori, Růdolfo de Liestal, Berchtoldo cognato Senftelini, Růdolfo uf dem Tiche, magistro de Berno panifice, Johanne dicto Kesseler, Keselino fabro, Vlrico dicto Hubseer, magistro dicto ze Allen Winden et aliis quampluribus fide dignis. Quia proprium sigillum non habemus, sigillo domini nostri Wernheri Scalarii canonici Basiliensis usi sumus. Nos Wernherus Scalarius canonicus Basiliensis ad petitionem domini Růdegeri supradicti sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

158. *Das Kloster Olsberg tauscht mit dem Ritter Hugo zu Rhein und dessen Frau Güter in Metzerlen und Lutter gegen solche in Iglingen.* *Basel 1275 Februar 4.*

Abschriften des 17. Jh. im GLA. Karlsruhe (B) und im StA. Aarau, Iglinger Acten (B¹).

Auszug in ZGO. 3, 194 nach B.

Nos scultetus, consules et universi cives Basilienses notum facimus universis, quod abbatissa de Olsperch pro se et conventu suo asserens ecclesie sue plurimum expedire possessiones suas in Meterlon et in Lutra ad dictam ecclesiam pertinentes cum possessionibus in Igelingen pertinentibus ad dominum Hugonem de Reno et Agnesam uxorem suam in nemoribus, agris, pratis et quolibet jure propter commoditatem vicinitatis sive propinquitatis invicem permutari in præsentia nostra intervenientibus consensibus dictæ

157. a) *Hinter* possidendum *sind die Worte ausradiert, aber durch die Rasur noch zu erkennen:* Sciendum est itaque quod dominabus de Klingendal singulis annis de eodem molendino quatuor solidi dantur.

Agnesæ et Hugonis et Elsebethæ liberorum suorum necnon Luduwici mariti dictæ Elsebetæ cum prædicto Hugone omnibus solempnitatibus observatis contractum iniit permutationis ita, quod omne jus utraque partium in alteram transtulit, prout sibi competere videbatur, promittentes hinc inde, quod indempnitati sibi invicem tenerentur et evictioni. Renunciaverunt insuper restitutioni in integrum non solum contrahentes sed etiam consensum adhibentes et omni juris beneficio, per quod dictus contractus rescindi possit aut annullari. Sciendum est etiam, quod dicta abbatissa, ut dicta permutatio æqualitatem et æquitatem contineret et procederet sine fraude, dicto militi de Reno et suæ conjugi quinque libras Basilienses numeravit, tradidit et exsolvit. In præmissorum testimonium sigillo nostro et dicti militis fecimus de rogatu partium præsentem literam sigillari. Actum Basileæ, anno MCCLXXV, II. non. febr., præsentibus dominis Conone de Ramsten, Hugone et Conrado et Henrico Monachis, Rodolfo Divite, Burchardo Vicedomino et Burchardo filio ejusdem, Johanne dicto Maecrel, Hugone, Henrico et Conrado Puerorum, Gunthero Marscaleo et Mathia de Eptingen militibus Basiliensibus, Hugone de Gundolstorf, Conrado Luduwici, Hugone zer Sunnen, Hugone Baularii, Petro der Kinden, . . Potminger et Hugone Brogant cum multis aliis fide dignis civibus Basiliensibus.

159. *Heinrich und Johann Pfaff verkaufen dem Johann Helbling eine Mühle.* *Basel 1275 März 20.*

*Original Kl. n° 61 (A). — * Kl. A. fol. 336° mit Randbemerkung aus dem 18. Jh., wonach diese Mühle im »mindern Basel« gelegen war. Arnold 343 nach A.*

An Bändern hängen noch zwei Siegel: 2. Stadt (n° 140). 3. Heinrich Pfaff (n° 116). Das erste ist abgefallen.

In nomine domini amen. Constituti Basilee in actis judicii Henricus et Johannes dicti de Pfaffen fratres domini Henrici militis ejusdem cognominis confessi sunt se vendidisse, tradidisse et donasse pro certa summa pecunie quadraginta duarum marcarum viro discreto Johanni dicto Helbelinge civi Basiliensi molendinum situm infra civitatem Basiliensem, quod dicitur zer Walchen, cum duabus areis a parte superiori eidem molendino contiguis, quarum unam Wernerus dictus de Luzela, reliquam vero tenet Henricus dictus der Botheminger, et, quia predictam pecuniam receperunt a Johanne predicto et ipsam in suos, prout temporis requirebat oportunitas, usus converterunt, ad majorem prefati Johannis cautelam ipsum molendinum cum areis supradictis in juditio resignantes, cum essent compotes mentis, liberam rerum suarum habentes amministrationem, in predictum Johannem cum omni sollempnitate juris et facti necessaria et ex consuetudine approbata proprietatis titulo legitime transtulerunt coram viris honorabilibus pro testibus adhibitis, quorum nomina isti sunt cedule annotata: Gotfridus de Eptingen presidens judicio loco advocati, Henricus dictus der Pfaffe et Hugo Monachus antiquior milites, Hugo de Gundolstorf vices gerens scultheti, Rûdegerus, Petrus dictus

Gabeler, Otto et Johannes dictus Longus precones, Henricus dictus Ceisse, Henricus dictus Brunnadre cives Basilienses et plures alii fide digni. In cujus facti evidentiam et perpetuam roboris firmitatem instrumentum hoc publicum est confectum et rogatu partium predictarum contractum prehabitum celebrantium sigillo domini Petri Scalarii sculteti Basiliensis, universitatis Basiliensis et Henrici militis des Pfaffen predicti sigillis contra futurorum eventus casuum roboratum. Ego Petrus Scalarius scultetus, ego Mathias de Eptingen magister civium et consules Basilienses et ego Henricus der Pfaffe predicti, ut dictum est, instanter rogati sigilla hec presentibus duximus appendenda. Datum Basilee, anno domini M̊C̊CLX̊X̊V̊, XIII̊. kl. aprilis, indictione III̊.

160. *Arnold, Subcustos des Domstifts, vergabt dem Kloster St. Maria Magdalena Güter zu Orschweier.* — *1275 April 3.*

*Eintrag von 1441 in MM. E. fol. 112ᵛ. — * MM. K. fol. 221 (B).*

Darnach ist aber ein latinisch brief, der wist, wie vor den geistlichen richter ze Basel koment in gericht her Arnolt subcuster der hohen stift ze Basel[a]) und die geistlich frow und priorin an den Steinen ze Basel in der vorstat gelegen, der selbe her Arnolt durch heil siner selen willen gabe der selben priorin in namen ires closters durch gottes willen einen hof gelegen ze Alswilr[b]) und fünfczehen schacz reben, die er hatte kouft mit dem vorgenanten hof umb vier und drissig pfunt von eim genant Lôuber, und dem selben verkouffer hinwider gelihen hat semliche gûter umb einen jarzins, also das der selb verkouffer dem vorgenanten kouffer her Arnolden al jar da von geben sol ein fuder wisses wins als lang und er lebet, und nach sinem tod so wolte er das die vorgeschriben gûter gefallen solten den frowen an den Steinen als geschriben stat. Ouch ist ze wissen, das der obgenant Lôuber schuldig was dry fuder wins dem obgenanten her Arnold umb versessen zins und zwey pfunt gelihes gelts, die schuld alle gab ouch der selb her Arnold dem vorgenanten closter durch gottes und siner selen heil willen. Hieby warend Erkenfridus senger der hohen stift, her Conrad dechand daselbs und Diethelmus tûmherre daselbs. Dis geschach, do man zalt noch Cristi geburt tusent zweyhundert funf und sibenczig, am nächsten mitwochen vor dem palmtag[c]) etc.

161. *Werner Zerkinden tauscht mit dem Kloster Blotzheim Güter daselbst.* — *1275 April 17.*

Original im BA. Kolmar, Lützel nº 13 (A).

An Bändern hängen noch drei Siegel: 1. Domstift (nº 18). 2. Stadt (nº 140). 3. Werner Zerkinden (nº 114). Das vierte ist abgefallen.

Ego Wernherus dictus dir Kindon de Basilea notum facio universis

160. a) her Arnold von Blotzen *in MM. K. fol. 221.* b) ze Alswilr so man jetz nempt Orswilr *ebendort.* c) uff mittwuchen ante in ramis palmarum *ebendort.*

Digitized by Google

presentem literam inspecturis, quod ego bona deliberatione prehabita cum religiosis in Christo . . abbatissa et conventu sororum de Blatshein Cisterciensis ordinis talem feci permutationem: videlicet ego contuli ipsis eorumque monasterio molendinum et aream sive fundum, in quo suum claustrum et officinas construxerunt, sub jure proprietario libere et absolute perpetuo possidenda adhibitis observationibus, que de jure vel consuetudine fuerant adhibende, ipse vero sorores tria lunadia, que vulgo dicuntur mendage, sita in banno et villa predicta de Blatshein solventia annuatim duodec[i]m[a]) verincellas spelte et avene mihi libere contulerunt sub eodem jure proprietario possidenda. In memoriam autem predicte permu[tationis de][a]) meo rogatu venerabil[ium dominorum capitu]li[a]) majoris ecclesie et civitatis Basiliensis necnon ipsius . . abbatisse et meo sigil[lis][a]) presens litera est munita. Testes sunt Burch[ardus] sacerdos de Blatshein, Heinricus et Chonradus dicti der Kindon fratres mei milites, Chonradus Ludewici, Chonradus advocatus de Blatshein, Johannes dictus an der Straze, Chonradus Ackirman et alii quamplures. Nos Chonradus decanus et capitulum majoris ecclesie Basiliensis, item nos Mathias dictus de Eptingen magister civium et consules Basilienses rogatu supradictorum . . abbatisse cum suo conventu et Wernheri sigilla nostra appendimus in testimonium premissorum. Act. anno domini M̊CC̊LXX̊X quinto, XV. kl. maii.

162. *Werner Zerkinden leiht dem Kloster Blotzheim Güter daselbst, welche er durch Tausch von ihm erworben hatte.*

— *1275 April 17.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 14 (A).

Drei an Bändern hangende Siegel, zerbrochen.

Ego Wernherus dictus der Kindon de Basilea notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego tria lunadia, que vulgo dicuntur mendage, sita in banno et villa de Blazhein, que ex permutatione, quam feci cum religiosis . . abbatissa et conventu de Blazhein, ad me sunt jure proprietario devoluta, quorum pertinencia infra sunt scripta, jam dictis . . abbatisse et conventui concessi sub jure hereditario et pro annuo censu scilicet duodecim verincellis, quarum sunt octo spelte et quatuor avene apud Basileam ad mensuram civium generalem annis singulis mihi meisque successoribus presentande, perpetuo possidenda. Et sciendum, quod soror Hedwigis monialis de Blazhein[a]) dicta zem Phawen predicta lunadia seu possessiones prefate . . abbatisse receepit nomine et conventus. Item est notandum, quod mutata manu ejusdem sororis Hedwigis et cujuslibet recipientis supradictas possessiones pro honorario, quod vulgo dicitur erschatz, quinque solidi dari debent. In cujus rei memoriam supradicte . . abbatisse, civitatis Basiliensis et meo sigillis presens litera est munita. Testes sunt Burch[ardus] sacerdos de Blazhein, Heinricus et Cv̊nradus dicti der Kindon fratres mei milites, Cv̊nradus

161. a) *Loch im Pergament.*

162. a) de Blazhein *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

Digitized by Google

Lvdowici, Cv̊nradus advocatus de Blazhein, Johannes dictus an der Straze, Cv̊nradus Ackirman et alii quamplures. Nos Heilwigis abbatissa de Blazhein et conventus, ut supra narratum est, recepimus et sigillum nostrum appendimus. Item nos Mathias de Eptingen magister civium et consules Basilienses rogati sigillum civitatis apposuimus in testimonium veritatis. Sunt autem ista, que pertinent ad premissa lunadia: zir Harpach I juger et dimidium, under den Eichein I juger, zem Tor I juger et dimidium, zem Malatshus II jugera, zem alten Owege I juger, zem Wolfmezzer II jugera, zi Floschc II jugera, zim Scmide I juger, dus Seuogels aker VI jugera, zir Durrenbach II jugera et dimidium, zim Rebgarten II jugera et dimidium, zum Wage I juger, zun Mumenreben I juger, zi Klewilis aker II jugera, an Egen matten I manwerch et dimidium, nebent dem Kelrtv̊m dimidium manwerch, in dem Rode I manwereh un des Hesingers hof. Act. anno domini M̊CCLXXV^to^, XV̊. kal. maii.

163. *Das Kloster Unterlinden zu Kolmar bekennt, Johann dem Apotheker und dessen Frau eine Summe Geldes schuldig zu sein, und verpflichtet sich dafür zur Zahlung einer lebenslänglichen Rente und Begehung einer Jahrzeit.* *Kolmar 1275 April 29.*

I. Original im BA. Kolmar, Unterlinden I^d^ nr 6 (A).
Von zwei an Pergamentstreifen hängenden Siegeln ist nur noch eines erhalten: . . PRIORISSE . DE . SCO . IOHE . IN . COLVM . .

II. Original ebendort.
Die Siegel fehlen.

I.

Soror Hedewigis priorissa totusque conventus sororum de sancto Johanne in Columbaria omnibus presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Noverint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod nos conputatione facta in die beati Petri martiris ordinis Predicatorum cum Johanne apothecario cive Basiliensi et Mehtildi uxore ipsius in centum et sexaginta marcis argenti ipsis nos remansimus debitriecs et convenimus inter nos, quod pro singulis marcis totidem quartalia siliginis singulis annis eisdem, quoad vixerint, bona fide persolvere teneamur et, cum earundem personarum altera premortua fuerit, nichilominus superstiti, quamdiu vixerit, eandem summam annone, sive in religione sive extra fuerit, integraliter

II.

Nos Hedewigis priorissa et conventus sororum de sancto Johanne in Columbaria ordinis fratrum Predicatorum notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod nos receptis a viro discreto magistro Johanne apotecario cive Basiliensi et Mechtildi uxore sua centum sexaginta marcis argenti in emptionem possessionum et aliâs in usus nostros conversis nos et domum nostram jam dictis magistro Johanni et uxori suc in pensione annua sollempniter obligavimus, videlicet promittentes, quod annis singulis eisdem, quoad vixerint, apud Columbariam centum sexaginta quartalia siliginis persolvemus, alterutro vero ipsorum mortuo superstes sive in religione sive extra religionem pensionem ipsam integre percipiet pro

persolvemus, post mortem vero utriusque idem redditus libere nostri erunt. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Dat. Columbarie, anno domini M°CC°LX°X°V°, in die beati Petri martiris ordinis Predicatorum.

tempore vite sue, ambobus vero defunctis a dicta pensione erimus absoluti, sed anniversarium suum diem videlicet utriusque tam uxoris quam mariti colemus et pro ipsis in vigiliis et orationibus tantum faciemus, quantum pro fratribus et sororibus nostris ordo noster facere consuevit. In cujus rei memoriam presentem literam sigillis nostris duximus consignandam. Dat. Columbarie, anno domini M°CC°LX°X°V°, in die beati Petri martiris de ordine Predicatorum.

164. *Ritter Heinrich Pfaff und Genossen versöhnen sich mit der Stadt Freiburg.* — *1275 April* —

Original im Stadtarchiv Freiburg i/B., Maldoner n° 98, 1 (A).
*UBFr. 1, 73 n° 23 nach A. — * Germania 35 (N. R. 23), 313.*
An Pergamentstreifen hangt noch das Sieget des Konrad von Uffheim (n° 123).

Noverint universi presentium inspectores, quod nos Heinricus dictus Phaffo miles Basiliensis, Heinricus et Johannes fratres ejusdem, item Chonradus dictus de Vfhein miles Basiliensis, Uolricus, Rodolfus, Burchardus, Heinricus fratres ejusdem, item Chonradus cellerarius civis Basiliensis super eo, quod scultetus et universitas civium de Vribureh consanguineum nostrum Wernherum quondam de Michelnbach condempnaverunt ad mortem et occiderunt, ejusdem sculteti, consulum et universitatis amici facti sumus et omnem inimicitiam, quam ista de causa contra ipsos habuimus, remisimus et remittimus puro corde. Et hoc idem pro aliis universis amicis prefati Wernheri et nostris et nomine ipsorum et nostro fecimus et faeimus et presentibus ratificamus et promittimus ratum servari. In cujus rei memoriam sigilla nostra videlicet Heinrici et Chonradi militum predictorum presentibus litteris sunt appensa, quibus sigillis ceteri sunt contenti. Act. anno domini M°CC°LX°X° quinto, mense aprili.

165. *Der Domdecan und der Propst von St. Stephan in Konstanz vidimiren die päpstliche Bulle, durch welche das Kloster Klingenthal von der Zahlung des Zehnten für das heilige Land befreit wird.* *Konstanz 1275 Mai 4.*

Original Kl. n° 2797 (A).
Zwei eingehängte Sieget: 1. . . . WALKONIS . DECANI . CONSTANT . ECCLIE. 2. . . HAN . . PPOSI . . . . . I . COSTANCIEN . . .
Die Datierung dieser Urkunde ist gesichert durch die Namen der Aussteller und den Inhalt in Verbindung mit der Angabe der Indiction.

Walcho decanus et H[einricus] prepositus sancti Stephani ecclesiarum Constantiensium, collcetores decime in saero Lugdunensi eoncilio indiete a sede apostolica deputati, omnibus presentem litteram inspecturis in dignitatibus, personatibus ac aliis ecclesiarum regiminibus constitutis sineeram in domino caritatem. Tenore presentium scire volumus universaliter singulos et singulariter universos, quod nos vidimus litteras sanetissimi patris domini pape Grcgorii nunc Romanc ecclesie presidcntis[a]) cum vera bulla non eancellatas nee in aliqua sui partc vieiatas, quibus dilecte in Christo . . priorissa et conventus ejus in Klingental ordinis Predicatorum absolute[b]) extiterant a solutione decimarum eum rebus et possessionibus eeclesiastieis deputatarum in concilio supradicto ad subsidium terre sanetc. In cujus rei testimonium presentes litteras eis dedimus sigillorum nostrorum robore conmunitas. Dat. Constantie, iiii. non. maii, indietione tereia.

166. *Ein Zehntcollector der Provinz Besançon bekennt, vom Prior von St. Alban Geld für Ankauf eines Pferdes erhalten zu haben.* *Basel 1275 Juni 8.*

Abschrift von 1306 August 9 im vatikanischen Archiv (B).

S. unten zu 1284 Januar 8 die Beschreibung der dieses Stück an 9. Stelle enthaltenden Pergamentstreifen.

Noverint [universi presentes literas inspecturi][a]), quod nos frater Albertus de Salve[b]) prior de Gord[anicis][a]) eollector deeime in provincia Bisuntina proscquendo ncgotium de[eime prediete reeepimus pro em[a])pcionc unius nigri roncini novem libras Basiliensium a domino Stepha[no priore sancti][c]) Albani Basiliensis, cui concedimus, ut predietas novem libras Basiliensium de pecunia decime colligende auctoritate propria valeat rctinere. In eujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum pendens duximus apponendum. Dat. Basilee, sexto idus junii, anno domini M°CC° septuagesimo quinto.

167. Wernherus prepositus sancti Leonardi in Basilea judex a sede apostoliea delegatus *verkündet und bekräftigt den Spruch der Schiedsleute in dem Streit zwischen dem Kloster Beinwil einer- und der Witwe Mechtild von Bärschwil und deren Sohn andererseits über Güter daselbst.* *Basel 1275 Juni 12.*

Data sunt hee . . in elaustro saneti Leonardi.

SW. 1826, 247 n° 2.

168. *Judenta, Witwe des Heinrich von Schlierbach, übergiebt sich und alle ihre Habe dem Kloster Klingenthal.* *Basel 1275 Juni 16.*

165. a) presidenti *in A.* b) absoluti *in A.*

166. a) *grössere Lücke im Pergament.* b) *nach* Salve *steht durchgestrichen* de Gord *in B.* c) *kleinere Lücke im Pergament.*

*Original Kl. nº 62 (A). — * Kl. K. fol. 117. — * Kl. R. fol. 76.*
Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: Sororis Jvnte de Slierbach.
Eingehängtes Siegel der judices (nº 34).

Judices ecclesie Basiliensis universis presentem literam inspecturis salutem in domino. Noverit universitas vestra, quod venit ad presentiam nostram Judenta relicta Heinrici bone memorie de Slierbach et omnia bona sua mobilia et inmobilia, quecumque habuit, et nomina sive actiones religiosis in Christo . . priorisse et conventui sororum de Chlingetal ordinis Predicatorum donatione inter vivos libere et absolute in presentia nostra donavit adhibitis omnibus observationibus tam de jure quam de consuetudine adhibendis. Inmo ipsa relicta publice coram nobis se et sua deo dicavit promittens et proponens in religione et ordine dictarum sororum imperpetuum deo servire. Quam donationem et promissionem nomine . . priorisse et conventus predictarum sororum frater Johannes conversus et procurator earum habens ad hoc mandatum sufficiens in nostra presentia recepit. In cujus rei memoriam ad peticionem eorundem videlicet et eius, qui donavit, et donationem recipientis sigillum curie duximus apponendum. Testes qui intererant: Berchtoldus de Rûti prepositus Solodrensis, Cv̂nradus decanus sancti Petri, Burch[ardus] scolasticus, Rodolfus dictus Chezzeler, Reinherus cantor, Johannes de Ôlimberch, Chono de Hegendorf canonici ecclesie sancti Petri memorate, Eberhardus prepositus Rinneldensis, magister Chonradus dictus Gerolt canonicus ejusdem ecclesie, magister Thomas plebanus de Vricke, Johannes Rovbarius miles, Dietricus Monetarii laicus et alii quamplures. Act. Basilee in curia domini decani majoris ecclesie, anno domini M̂CCLXX̂V̂, XVI. kl. julii.

169. Hugo de Gundolstorf *Zeuge in der Urkunde der Grafen Rudolf und Simon von Thierstein.*

Basel und Pfeffingen 1275 Juli 17.

*Boos 78 nº 116 nach dem Original im StA. Aarau. — Trouillat 2, 260 nº 202 nach Abschrift Wurstisens in WCD. fol. 71. — Herrgott 2, 455 nº 550. — SW. 1830, 173 nº 7. — * Georgisch 2, 14 nº 33.*

170. *Der Priester Rüdeger leiht dem Kloster Klingenthal eine Mühle in Klein-Basel.* — *1275 Juli 23.*

Abschrift des 15. Jh. Kl. Ppurk. 10 (B). — Abschrift des 15. Jh. im Copialbuch nº 116 Heft 29 fol. 1 der Katharinenpfründe des Domstifts Basel im GLA. Karlsruhe (B¹). — Deutsche Übersetzung des 15. Jh. Kl. Ppurk. 10. — Erwähnt von Wurstisen in WA. p. 312.

Universis presentem literam inspecturis Rudegerus sacerdos rector cappelle beate Katherine site Basilee in curia quondam episcopi Berchtoldi bone memorie noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod Conradus dictus de Nûgrol jus suum, quod habebat in molendino sito in ulteriori Basilea ad cappellam meam predictam pertinente, quod videlicet molendinum sub jure hereditario et annuo censu quatuor verincellis puri tritici et

quatuor verincellis annone, que vocatur mùlikorn, divisim in jejuniis singulis quatuor temporum equaliter persolvendis et decem solidis in festo beati Andree nomine unius porci et quatuor pullis scilicet duobus in festo beati Martini et duobus in carnisprivio annis singulis persolvendis quiete et pacifice possidebat, religiose domui priorisse et conventui sororum de Clingental ordinis Predicatorum de meo necnon patroni cappelle videlicet domini Conradi decani majoris ecclesie, ad quem pertinet collatio cappelle jamdicte, consensu et bona voluntate juste et legaliter vendidit pro certa summa peccunie triginta libris denariorum Basiliensis monete, et constitutus in presentia mea confessusque se dictam peccuniam recepisse, promittens eciam justam warandiam et debitam, jus suum prelibatum una cum uxore sua Hemma et unico filio, quem habebat, in manus meas libere resignavit. Ego itaque ad suam peticionem, sicut de jure et consuetudine fieri debuit, predictum molendinum prefate priorisse nomine domus sue concessi sub jure hereditario et censu prenominatis perpetuo possidendum. Sciendum etiam, quod de molendino ipso nomine intragii, quod vulgo dicitur erschatz, quinque solidi tantummodo dari debent. Et ita nunc frater Wilnhelmus conversus nomine domus recepit, post cujus decessum alter sibi succedet, ne jus honorarium depereat cappelle predicte. In cujus rei memoriam presens litera de meo et predictorum vendentium et ementium rogatu prelibati domini . . decani sigillo extitit consignata. Testes sunt Bechtoldus sacerdos cappellanus sororum de Clingental, frater Waltherus, frater Wernherus dictus Pinguis, frater Wernherus de Loffenberc conversi prefate domus, Vlricus scultetus ulterioris Basilee, Petrus de Ysten, Heinricus de Emerach pistor, Heinricus dictus an dem Stalten de Novo Castro, dictus Boller, Růdolffus de Liestall et alii quamplures fide digni. Actum anno domini M°C°LXXV°, X. kl. august. Nos Conradus decanus majoris ecclesie Basiliensis rogatu predictorum concedentis et resignantium et recipientium sigillum nostrum duximus in testimonium appendendum. Nos vero . . abbatissa et conventus monasterii prelibati presentem literam conscribi fecimus et sigillo nostro ac nostri conventus roborari in testimonium omnium premissorum. Datum anno et die supradictis.

171. *Arni von Hiltalingen verkanft dem Peter Senftelin eine Hofstatt in Klein-Basel.* — *1275 September 8.*

Original St. Urk. n° 49 (A).
Eingehangtes Sieget des Priors Stephan von St. Alban (n° 55).

Wir Stephan in den ziten brobist zi sant Albane tůn chůnt allen dien, die disin brief schint uñ horint, daz her Petir Senfteli hat gechofit umbe Arnin von Hiltelingen die hofstat, die er von sinem vater arbite hern Arnolt seligim von Hiltelingin, da dez hus von Haltingin uf stat, unze har abe an den Rin, uñ gab ime Arni die hofstat uf mit Heinriehis hant dez Bollerz, der meiier ist ubir dis selbe gůt von sante Albane, uñ enphies her Petir

da mit ir beider hant als er zi rehte solte. Da bi tũn wir[a]) kunt, das uns her Petir[b]) git ellu jar sehs phenige abe dem selbin gûte har zi sant Albane, das wir sin uñ siner frowin imer me gedenehin, uñ git man die phennige zi unsir frown dult zi herbist. Uñ dur ir beidir bette willen so henchin wir brobist Stephan unsir ingesigele an din brief, dur das es imer state bilibe. Dis sint die gezuge, dies sahin uñ horten: V̊lrich der schultheis von enrrun Basil, her Johannes der Bogge von Lovfinbereh, Bertolt von Haltingen, her Heinrich von Haltingin, Dietrie der Deehe, Heinrich der Boller, Rv̊dolf am Tiche uñ andir bidirbe luite, dies sahin uñ hortin. Uñ bishach an dem sunnentage, do unsir frowe giborn wart, des jares, do unsir herre was tusint jarich uñ zwei hundert jarich uñ funve uñ sibinzzich jarich.

172. *Graf Ludwig von Homberg bezeugt, dass Werner Fuchs einige zum gräflichen Hof Muttenz gehörende Wiesen gegen Zins inne habe.* *Basel 1275 September 20.*

Original Sh. n° 2 (A).
Boos 79 n° 117 nach A.
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

173. *Die Johanniter verkaufen Johann dem Apotheker und dessen Frau ein Haus in Kolmar.* — *1275 November 9.*

Abschrift in undatiertem aber gleichzeitigem Vidimus des Propstes Rüdeger von Kolmar im BA. daselbst, Comthurei Kolmar n° 25 (B).

Universis presencium inspectoribus frater de Pomerio Ger. vicem gerens prioris sacre domus Hospitalis in Alimania salutem in omnium salvatore. Noverit vestra universitas, quod nos vendidimus [di]lectis[a]) nobis magistro Johanni[b]) apotecario Basiliensi ejusque uxori legitime Mectildi domum nostram steimerine sitam in Columbaria sub hoc modo pro XI mareis, ut ipsis decedentibus vel religionem intrantibus libere ad nos predicte domus dominium tam directum quam utile revertatur, uno vero decedente vel religionem intrante apud alterum superstitem, quoad vixerit, nisi voluntarie renuneiaverit aut religionem intraverit, dominium sepedicte domus remanebit. In cujus rei testimonium presentibus literis nostrum sigillum duximus appendendum. Dat. anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊V̊, proximo sabbato ante festum Martini.

174. *Bürgermeister und Rat der Stadt Basel bezeugen, dass Johann der Apotheker und dessen Frau das Kloster Unterlinden in Kolmar in den Besitz eines ihm geschenkten Hauses zu Basel eingewiesen haben.* — *1275 November 14.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden n° 12[a] (A).

171. a) wir *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* b) Pertir *in A.*
173. a) *Loch im Pergament.* b) Johanne *in B.*

Auf der Rückseite von gleichzeitiger aber anderer Hand: quod in possessionem domus sue nos miserunt consuetudine servata exeundi de domo per VI ebdomadas.

Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Universis presentem literam inspecturis Mathias dictus de Eptingen magister civium et consules Basilienses noticiam rei geste. Noverint universi presentes et posteri, quod, cum Johannes apotekarius et uxor sua Mechtildis concives nostri domum suam sitam in vico Fori, in qua habitare consueverunt, libera et absoluta donatione juste et legitime donaverunt religiosis dominabus . . priorisse et conventui de sancto Johanne in Columbaria ordinis fratrum Predicatorum, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, iidem cives ad majorem[a]) cautelam secundum observanciam et consuetudinem civitatis ab eadem domo se transtulerunt et exiverunt quarta feria ante festum beati Michahelis nunc preteritum et sex septimanis et tribus diebus immo pluribus dictas dominas et suos procuratores in vacuam et quietam possessionem miserunt. In cujus possessionis testimonium rogatu predictorum concivium nostrorum et earundem dominarum sigillum universitatis nostre duximus presentibus appendendum. Testes sunt Hugo Monachus junior, Nicolaus de Titensheim, Johannes Rovber, Chonradus frater suus, Chonradus Puerorum, Heinricus de Hagindal milites, Chonradus filius domini Ludewici quondam institoris, Walthcrus Iscner, Chonradus Botsho, Wernherus de Halle. Dat. anno domini M̊CCLX̊X̊V̊, XVIII. kl. decembr.

175. *König Rudolf I. gewährt der Stadt Biel die Gnade, dass sie fortan derselben Freiheiten und Rechte geniessen solle,* quibus cives et major civitas Basiliensis utuntur. *Basel 1275 November 26.*

*Fontes 3, 149 nº 154 nach dem Original im Stadtarchiv Biel. — Zeerleder 2, 176 nº 654 ebendaher (?) — Trouillat 2, 263 nº 204 nach einer Abschrift des 16. Jh. im bischöflich baselischen Archiv. — Gerbert codex 244 nº 6. — Zurlauben 1, preuves 27 nº 37. — NSchwM. 1794, 596 nº 1. — Morel 168. — SW. 1828, 525 nº 17. — * Neugart 2, 326. — * Lichnowsky 1, XL nº 305. — * Böhmer 74 nº 214.*

176. *Der Erzbischof Jacob von Embrun stellt dem Domsänger Erkenfrid, dem Domherrn Lütold und dem Prior von St. Alban zu Basel eine Abrechnung über die von ihnen für das heilige Land gesammelten und einbezahlten Gelder aus. — 1275 November 29.*

Abschrift von 1306 August 9 im vatikanischen Archiv (B).

S. unten zu 1284 Januar 8 die Beschreibung der dieses Stück an 5. Stelle enthaltenden Pergamentstreifen.

Jacobus[a]) permissione divina Ebredunensis archiepiscopus discretis viris

174. a) ad majorem *wiederholt in A.*

176 a) J. *in B.*

Erkenfrido cantori et Lùtoldo canonico Basiliensi ac priori sancti Albani salutem in eo, qui est omnium vera salus. Venientes nuper apud Basileam et auctoritate domini pape nobis in hac parte commissam pecuniam terre sancte subsidio nuper in Lugdunensi concilio deputate volentes Rollando de Ripalta civi et mercatori Placentino domini pape ac ecclesie Romane ac terre sancte nomine assignari de mandato domini pape predicti vobis dedimus in mandatis, ut pecuniam dicte decime per vos jam hucusque collectam prefato Rollando pro[b]) se ac domino Bernardo Scoci cive ac mercatore Placentino ac societate sua recipienti tradere curetis. Facto autem per nos computo coram nobis et magistro Rogero canonico Virdunensi de hiis, que usque ad hodierna tempora recepistis, reperimus, quod vos duo, cantor et Lùtolde[c]), receperatis absque priore septem et quinquaginta libras, decem solidos et novem denarios Basilienses in pecunia, item sexaginta septem marcas et dimidiam et tria [d]) in argento, de quibus [perceptis][d]) solvistis dicto Rolando sexaginta septem marcas [e]) dictum, item solvistis eidem [Rolando][f]) in pecunia, quam in argento qualibet mar [e]) solvistis inquam ad valorem septemc et viginti sex et tredecim solidos et [e]) , quas debetis de jam perceptis preter libros domini Diet[ri]ci de Fine canonici Basiliensis [e]) [sancti] Petri, que pignora habetis pro decima primi anni vos seu eorum quemlibet contingente [e]) [signifi]castis vos recepisse absque cantore et Lùtoldo[c]) predictis septuaginta octo libras et [e]) [percep]tis dicto Rolando quinquaginta libras et priori de Gordanicis asscritis tradidisse novem libras [e]) vos XX libre minus duobus solidis, quos debetis, pro quibus habetis in pignore quandam summam [e]) Anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊V̊, in vigilia beati Andree, in quorum testimonium sigillum nostrum duximus [presentibus apponendum].

177. Magistro H[einrico] dicto Kvchelin de Basilea canonico ecclesie Constantiensis *unter den Zeugen in dem Statut des Domcapitels von Konstanz.* *Konstanz 1275 Dezember 11.*

Neugart 2, 649 nº 60.

178. *Das Kloster St. Alban leiht dem Kloster Klingenthal drei Hofstätten in Klein-Basel.* *Basel 1275 Dezember 16.*

Original Kl. nº 58 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von der hovestete da wir uffe sicen.

An Bändern hangen die Siegel von St. Alban (nº 55 und nº 52).

Universis presentem literam inspecturis Stephanus prepositus et conventus sancti Albani Basiliensis noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, cum religiose in Christo . . priorissa et conventus sororum de Chlingen-

176. b) per *in B.* c) L. *in B.* d) *unleserliche Wortreste und Lücke in B.* e) *grössere Lücke in B.* f) *kleinere Lücke in B.*

tal quandam aream sitam in ulteriori Basilea, que fuit quondam Johannis de Seconis, quam nunc Heinricus dictus de Rauenspurch magister panificum ab ecclesia nostra sub jure hereditario et annuo censu decem et octo denariorum possidebat, item aliam aream huic adjacentem, quam filia sua . . relicta de Tasvenne et liberi sui sub eodem jure et simili censu XVIII denariorum tenebant, item aream, que fuit Wecelonis cellerarii, hospicio domini abbatis sancti Blasii adjacentem et reddentem nobis annuatim sub eodem jure sex denarios, juste et legitime pro certa summa pecunie, de qua inter vendentes et ementes conventum fuit, conparaverint pleno jure, nos hujusmodi contractui sive contractibus, sicut decuit, benivolum prebentes consensum tres areas supradictas ad resignationem legitimam eorum, qui ipsas tenebant, prout superius est narratum, fratri Walthero converso loco prelibatarum[a]) . . priorisse et conventus conecssimus sub jure hereditario et censu debito videlicet tribus solidis et sex denariis in universo perpetuo possidendas, adhibitis omnibus observationibus, que de jure vel consuetudine fuerant adhibende; hoc etiam adjecto, quod, cum frater Waltherus predictus decesserit, alter frater succedat hiis bonis, ne jus hereditarium ecclesie sancti Albani amittatur. In cujus facti memoriam et confirmationem sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Dat. Basilee, anno domini M°CC°LX°X quinto, XVII. kl. januarii.

179. *Propst und Capitel zu St. Peter vergleichen sich über die Verleihung der Scholasterei.* — *1275 Dezember 20.*

Original Pt. n° 55 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 41 n° 71 (B).
Eingehängtes Siegel des Propstes Konrad von St. Peter (n° 41).

Nos Chonradus prepositus sancti Petri Basiliensis notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod mota questione inter nos ex una parte et concanonicos nostros, capitulum sancti Petri, ex altera super collatione scolastrie ejusdem ecclesie in arbitros videlicet Burch[ardum] scolasticum, Chononem notarium et magistrum Rodolfum ejusdem ecclesie canonicos a partibus exstitit conpromissum, qui inquisita veritate et omnibus processibus retroactis pronunciaverunt partibus presentibus et arbitrium acceptantibus predictam scolastriam ad collationem capituli pertinere et per liberam electionem semper de cetero debere conferri, quod ratum habemus et habuimus et ad ejusdem ratihabitionem successorem nostrum, qui pro tempore fuerit, presentibus obligamus. Dat. anno domini M°CC°LX°X°, in vigilia beati Thome apostoli.

180. *Werner von Ramstein und seine Mutter verkaufen dem Albert Färber Güter in Buschweiler.* *Basel 1275 Dezember 23. Pruntrut 1276 Januar 2.*

Abschrift Wurstisens in WCD. fol. 156 (B) und aus dem 16. Jh. in ChA. C. pag. 229 (B¹).

178. a) prelibatorum *in A.*

Trouillat 2, 266 nº 207 nach B. Hier ist zu lesen S. 267 Z. 5: Verwer; *Z. 20:* Brunendrut. — *B¹ hat folgende Abweichungen: S. 266 Z. 16:* Shalarius; *S. 267 Z. 9:* Brunendrut; *Z. 13:* Kindon; *Z. 17:* Beuet; *Z. 18:* Asuilre.

181. *Der Priester Johannes vergabt dem Kloster Blotzheim eine Summe Geldes und ein Haus in Basel gegen Zusicherung einer Lebensrente.* — *1275* —

Original im BA. Kolmar, Lützel nº 15 (A).
Es hängt noch das Siegel von Blotzheim stark beschädigt.

Universis presentem literam inspecturis . . divina permissione abbas de Lucela Cisterciensis ordinis salutem et in domino karitatem. Sciant omnes, quos scire fuerit opportunum, quod, cum vir discretus dominus Johannes sacerdos cappellanus sancte crucis in majori ecclesia Basiliensi terrenis celestia, caducis permanentia pia consideratione intenderet conparare, decem et septem marcas argenti, quas de labore suo conquisierat, tradidit et donavit religiose domui . . abbatisse et conventus in Blatsheim Cisterciensis ordinis ad comparandum de ipsis decem et septem marcis predium conpetens domui memorate. Predicta vero abbatissa et conventus adtendentes ipsius donatoris pium affectum constituerunt eidem duo lunadia vulgo dicta mendage sita in villa Blatsheim, que quondam fuerunt villici dicti Vechtlini de Leimen, et de illis lunadiis sibi dari annis singulis et presentari Basilee in festo beati Michahelis ad vitam suam novem verncellas spelte pro vite sue sustentatione necessaria contradictione seu reclamatione juris vel facti qualibet non obstante. Ipso vero defuncto persolvent eadem abbatissa et conventus Mechthildi dicte dir Kamererin, si ipsum supervixerit, quatuor verinecllas spelte annuatim pro tempore vite sue. Ambobus vero sublatis de medio de omni pensionis onere occasione donationis prefate domus exonerabitur supradicta. Item domus quedam in civitate Basiliensi prope portam Spalee sita, quam idem sacerdos a Wernhero de Vesenecke pro quatuordecim marcis argenti legitime conparavit, ad predictam . . abbatissam et conventum ex ipsius [sacerdotis do]natione[a]) inter vivos est proprietatis titulo devoluta, de qua tamen eadem abbatissa et conventus constituerunt eidem sacerdoti ad vitam suam tres libras denariorum usualis monete dividendas equa proportione per singula quatuor temporum jejunia ministrari, ipso autem viam[b]) universe carnis ingresso supradicte Mechtildi ad tempus vite sue una libra denariorum de predicta domo annis singulis, si eundem supervixerit, persolvetur, et sic ambobus defunctis domus eadem ad predictam domum religiosam sine omni oncre libere devolvetur. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum est confectum et nostro predictique conventus sigillis contra futurorum eventus casuum roboratum. Dat. anno domini M̊C̊C̊L.X̊X̊V̊.

181. a) *Loch im Pergament.* b) viam *auf Rasur in A.*

182. *Thüring von Ramstein schenkt seiner Schwester Geppa von Bollweiler Güter zu Dürmenach, Bettendorf und Hirsingen.*

— *1275* —

Original Cl. nº 15 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von der alten von Heitwilr.

An Pergamentstreifen hangt das Siegel Thürings von Ramstein (nº 91).

Ich Turink von Ramestein tune allen den kunt, den dirre brief ze handen kůmet, daz ich durch miner swester Geppvn von Bolwiler willen unde umbe die liebe, die ich ze ir han, ir miner swester han erlobet ze tůnne mit dem gůt ze Tirminah, daz min eigen ist, unde mit dem gůte ze Betendorf unde mit dem gůte ze Hirsungin[a]), swaz si wil unde gen swem si wil, er si geistliche oder weltlich, wan ez warde ir gegeben zů ir wirte von minen wegen für vierzehen marke silbers eines vierdunges minder, also verre swem si dizes gůt git, er si dirre oder der, swenne ich Durink dem vierzehen marke silberes einens vierdunges minder gibe, daz min gůt, daz hie vor genemmet ist, ledechligen min ist[b]) an ir unde an aller menegliches ansprache. Unde daz ich miner swester oder dem, swem si daz gůt git, niemer gebrechen můge, dar umbe han ich miner swester oder swem si daz gůt git dizen brief gegeben unde mit minem insigel versigelt. Dez sint gezůge herre Diethelme der Kamerer unde Werenher der Walch unde die frowe von Kienber, der Schalerin thoter, unde bruder Cůnrat von Ehingen unde bruder Werenhe von Rinvelden von den Minder brůderen. Dirre brief wart gegeben, do von unsers herren gebůrtlichem tage waren tusent jare unde zewei hundert jar unde fünve unde sibenzege jare.[c])

183. *Lutgard von Heidweiler schenkt dem Kloster St. Clara Güter in Spechbach und Hattstatt.* *Basel 1276 Januar 30.*

Original Cl. nº 16 (A). — * *Cl. J. pag. 371.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von dem gůte de uns du alte von Heitwilr gab.

An Pergamentstreifen hangen drei Siegel: 1. Bischof Heinrich (nº 16). 2. Konrad von Heidweiler (nº 128). 3. † S . WECELONIS . DE . VLACSLADE . IVNIORIS.

Ich Lvggart von Heitwil tůn allen den kunt, die nu sint und hie nah coment, den dirre brief ze handen kumet, daz ich dem closter ze sante Claren ze Basile der ebbetissin nů convent, die da gote dienent, an des closters stat han gegeben ze Spehpach dri und viunfzich vierteil geltis in allem dem rehte, als ich ez han besessin in holz und in velde unz an disen tak. Und undir disem selben gůte, da dise dri und viunfzic vierteil vone gant, lit ein gůtelin, daz horet ze dem closter ze Mvrbach, daz han ich dem closter

182. a) *hier folgen in A die durchgestrichenen Worte:* daz sesche schillinge gilte. b) ledechligen min ist *übergeschrieben in A von gleicher Hand.* c) ware *in A.*

widerleit ze Heitwil mit bezirim gûte. Ez lit och ein ander gûtelin under disem gûte, daz ist miner tohter Mehthilt von Vlahslanden, daz han ich der och mit ir gûten willin ze Heitwil wider leit mit also gûtem gelte. Diz sint die lûte, die daz gût buwent: Peter der selige der git IX vierteil roggen und IX vierteil dinkeln und drú vierteil habern von dem, daz er buwet, item Henrich Gvetbot der git drú vierteil roggen und drú vierteil dinkeln und ein vierteil habern, item ein vrowe heizet Ite und ir tohterman der Kvnich die gent VI vierteil roggen und VI vierteil dinkeln und zwei vierteil habern, item Wernher Hengenach der git ein vierteil rogge von einem aker, item Wernher Hvndelin der git VI vierteil roggen und vier vierteil habern und zweine cappin und eine herberge ze ieglichem jare. Ich Lvggart von Heitwil han och gegeben in disem selben rehte dem closter da ze Hadestat in dem Wester velde X schaze reben und in Bûhse velde X. Ich han ouch gegeben daz gût, daz ich koufte umbe die vrowen von Richenshein, des ist einlif schaze reben uñ ein aker uñ daz hus, daz da ist bi den brûdern. Von disem selben gûte sint die swestern schuldich ze gebine X phunt an daz crúce. Allez daz gût, daz ich hie vor genemet han, daz han ich allez dem closter ze sante Claren den swestern gegeben vriliche uñ lidecliche in allem dem rehte, als ich ez han besessen unz an disen tak. Dez ist gezug herre Wernher von Eptingen, herre Bvrkart zem Rosen, Henrich dez Roten, Gerunch zem Roten hûse, Henrich Isenlin, her Dietrich der munzmeister, Bvrkart der cramer, Vlrich der Pawiler, Cvnrat Botscho, Johannes Vorgazen, Albreht von Gvnach, Peter von Bermiswilr, Johans von Strazburch, Walther von Westhalden. Diz geschach ze den Minren brûdern, tercio kalendas febr., anno domini MCCLXXVI. Und daz diz stete belibe und unverwandult von mir uñ von minen erben, dar umbe so henchet min herre der bischof si ingesigel har an uñ ich herre Cvnrat von Heitwil uñ ich her Wezel von Vlachslanden.

184. *Ritter Albert von Lörrach vergabt dem Kloster Klingenthal eine Wiese bei Lörrach.* *1276 Februar 18.*

Original Kl. nº 65 (A).

An einem Bande hängt das Sieget des Ulrich Geissriebe (nº 125).

Ego Albertus de Lorrach miles notum facio universis presentem literam inspecturis, quod, cum ego possessiones meas apud Hvfhein solventes annuatim septem verincellas siliginis et avene religiosis dominabus . . priorisse et conventui de Chlingental ordinis Predicatorum juste et legaliter pro certa summa pecunie vendiderim et per manus et consensum uxoris mee et liberorum meorum sentencialiter tradiderim juris ordine observato, dicteque priorissa et conventus in eisdem possessionibus occasione cujusdam impetitionis, que contra me habetur, defectum in redditibus duarum verincellarum habeant, ego in restaurationem supradicti defectus pratum meum apud Lôrrach situm jure proprietatis ad me pertinens, quod dictus Zopf tenet et jam ab ipsis recepit pro annuo censu duarum verincellarum siliginis et avene equaliter, jamdictis priorisse et conventui tradidi legitime et assig-

navi. tali apposita conditione, si prefatam impeticionem, que mihi tenetur, sopire potero ita, quod in prelibatis possessionibus de Vfhein nullum habebunt defectum, pratum ipsum ad me libere revertetur. In cujus rei memoriam presens instrumentum . . sculteti de ulteriori Basilea et meo sigillis est munitum. Testes hujus rei sunt Hugo de Lorrach, Albertus Marscaleus milites, Albertus frater meus, V̊lricus scultetus antedictus, Heinricus de Gelterchingen, advocatus de Werra, Johannes Bôcko, Petrus Senftelin, Heinricus Bôller, . . dictus Hv̊ber, Dietricus Teke et alii quamplures. Dat. anno domini M̊CC.LX̊XVI, XII. kl. marcii.

185. *Heinrich und Günther von Illzach verzichten auf die durch ihre Schwester dem Kloster Klingenthal vergabten Güter unter Vorbehalt von Gütern und Zinsen zu Morschweiler.*

1276 März 6.

Original Kl. n° 66 (A¹). — * *Kl. R. fol. 106.*

CM. 1, 82 n° 109 nach A.

An Pergamentstreifen hängen drei Siegel: 1. Heinrich von Illzach (n° 129). 2. † S . VNIVERSITATIS . DE . MVLNHVSEN. 3. Heinrich Mönch (n° 102).

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, Heinricus et Guntherus de Ilziche in Mulhusin comorantes noticiam geste rei. Notum sit omnibus, quos nosse fuerit oportunum, quod nos omnibus bonis, que soror nostra Juntha relicta Heinrici de Slierbach reverendis in Christo . . priorisse et sororibus de Clingental in Basilea ultra Renum contulit habitum religionis earum assumens, libere renunciamus decernentes, ut nullo jure de cetero per nos vel aliquem ex parte nostra super eisdem bonis conaveniri valeant vel gravari. Dicte vero . . priorissa et sorores bona in Morswilre sita, que Adelheidis vidua et filii sui V̊lricus et Johannes colunt, insuper X solidos annuatim in censu et IIII pullos a quibusdam aliis persolvendos ibidem, que predicte sorori nostre contulimus cum aliis bonis eam predicto Heinrico pie memorie copulantes, nobis reliquerunt cum omni jure sine contradictione qualibet ex parte ipsarum a nobis in posterum possidenda. Testes hujus ordinationis sunt domini Heinricus ad Portam, Otto de Knoringin, Waltherus Pinguis, Cûno der Junge milites et Hugo filius domini Petri militis de Durniche. In cujus rei testimonium ego Heinricus de Ilziche sigillum proprium presentibus appendi sigilla nichilominus civitatis Mulhusensis, domini Heinrici Monachi avunculi nostri eisdem duximus apponenda. Acta sunt hec anno domini M̊CC.LXXVI, II. nonas marcii.

186. *Magister H. von Basel, Chorherr in Zürich, Zeuge in einer Urkunde des Ritters Johann Manesse.*

Zürich 1276 März 20.

* *Huber 17.*

187. *Burchard, Heinrich, Albert und Albert von Strassburg verkaufen dem Kloster Lützel Land zu Attenschweiler.*

Basel 1276 März —

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 1306 (A).

Von den zwei an Pergamentstreifen hängenden Siegeln ist nur das der Stadt noch erhalten (n° 140).

Ut omnis causa vel occasio jurgii jurgari volentibus subtrahatur, nos Burchardus, Henricus milites, Albertus et Albertus domicelli dicti de Strazburg cives Basilienses notum facimus universis Christi fidelibus per presentes, quod nos pro sublevandis omnibus creditorum ac aliarum necessitatum multiplicium nobis incumbentium undecumque vendidimus ac justo venditionis titulo contulimus viris religiosis abbati et conventui domus Lucelensis Cistertiensis ordinis, Basiliensis dyocesis, unum mendag et dimidium terre arabilis et pratorum sitorum in banno de Atmeswilr, que Rod[olfus] filius quondam Henrici dicti an der Mattun, dimidium videlicet mendag, et Henricus vron Helkum sun a nobis pro censu annuo detinebant, eodem Henrico ultimo nominato predictum mendag integrum excolente, que omnia eis vendidimus pro viginti libris monete Basiliensis, quas ab eis integraliter percepimus in pecunia numerata pariter et probata et eam in usus nostros convertimus, nos et omnes successores nostros omni jure et dominio, quod nobis in eisdem possessionibus conpetebat aut conpetere poterat vel debebat, penitus exuentes et eosdem religiosos in possessionem corporalem, liberam et imperturbatam ab omnibus coram [Hugone][a]) de Gundelstorf loco sculteti seculari justicie presidenti sine fraude et dolo quolibet inmittentes, facta protestatione ibidem publice et expresse, quod sepedictas possessiones, quas hactenus possederamus titulo proprietatis ac meri allodii, libere et quiete iidem religiosi de cetero eodem titulo[b]) pacifice et absque omni calumpnia possidebunt nullum nobis vel aliis loco nostri ipsis in prefatis possessionibus prejudicium inferentibus.[c]) Et ut nobis in hac parte remaneat nulla causa vel occasio prefatas possessiones aliqualiter impetendi, nos pro nobis et nostris heredibus universis abrenunciamus omni juri canonico et civili, civitatensi et municipali, consuetudini scripte vel non scripte, edicto principum edito vel edendo, exceptioni doli mali et in factum, rei minus dimidio justi pretii vendite, restitutionis in integrum, pecunie non numerate, non tradite, non solute et omni alii juris suffragio, per quod predictus contractus posset a nobis vel ab aliis irritari, promittentes fide prestita nomine juramenti nos eis super premissis quandocunque necesse habuerint warandiam legittimam prestituros. Horum omnium testes sunt dominus B[urchardus] Vicedominus senior, H[enricus] dictus der Phaffo milites, frater C[ono] magister de Atmeswilr, Hugo Bawalarius et Jo[hannes] frater ejus, Hugo Rebmannus junior, Diethelmus filius H[ugonis] dicti de Gundelstorf, P[etrus] der Gabelere et plures alii fide digni. Insuper presentes litteras sigillis civium Basiliensium

187. a) *Loch im Pergament.* b) *das erste* t *von* titulo *corrigiert aus* et *in A.* c) inferente *in A*

ac nostri B[urchardi] et H[enrici] de Strazburg predictorum eis dedimus sigillatas, quibus nos antedicti Albertus et Albertus utimur in hac parte. Dat. et act. Basilee, anno domini M°CC°LXXVI°, mense martii.

188. Fratre Heinrico de Basilea quondam lectore *(des Predigerklosters zu Strassburg) Zenge in der Urkunde der Meisterin und Schwestern des Beginenhauses zum Turm in Strassburg.*

Strassburg 1276 um April 12.

UBStr. 3, 28 n° 78 nach dem Original im Thomasarchiv zu Strassburg.

189. *Das Stift St. Leonhard leiht dem Werner Scheitleip ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1276 April 25.*

Original Lh. n° 36 (A).
*Arnold 344 nach A. — * Arnold 265.*
An einer Schnur hängt das Siegel von St. Leonhard (n° 48).

Universis Christi fidelibus presentium inspectoribus litterarum Wernherus prepositus totusque conventus ecclesie sancti Leonardi Basilee noticiam rei geste. Quoniam ad ambiguitatis scrupulum precavendum in posterum necesse est hominibus acta sua litteris commendare, ideo notum facimus presentibus et futuris, quod veniens ad nos Volmarus Eincho[a]) civis Basiliensis cum uxore sua Agnesa et pueris suis videlicet Petro, Trvtkindo, Elizabeht, Anna et Mehtilda domum suam sub monte nostro in vico Esiltvrli, quam a nobis jure hereditario possederat, de qua nobis annuatim in festo Martini duo denarii nomine census et messor tempore messium dantur, in manus nostras resignavit petens, ut eandem domum Wernhero dicto Scheitleip sub eodem jure et censu concederemus perpetuo possidendam. Nos vero precibus suis annuentes, sicut juris est et consuetudinis, fecimus quod petivit, in cujus rei testimonium presentibus literis sigillum nostrum in testimonium veritatis appendentes. Testes sunt Johannes Longus et Hugo frater suus, Dietericus de Lutra, Heinricus dictus Comes, Wernherus cerdo de Ratilstorf cives Basilienses et alii quamplures. Actum anno domini M°CC°LXXVI°, super lobio nostro, in festo beati Marci ewangeliste, facto prandio.

190. *Das Domstift leiht dem Kloster Olsberg den dritten Teil eines Hauses.* *Basel 1276 April 29.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 93 (A).
** Germania 29 (N. R. 17), 34.*
An Bändern hängen zwei Siegel: 1. Domstift (n° 18). 2. Domdecan Konrad (n° 23).

Universis presentem literam inspecturis Chonradus decanus et capitulum majoris ecclesie Basiliensis noticiam subscriptorum. Noverint universi pre-

189. a) *oder* Cincho.

sentium inspectores, quod veniens ad presenciam nostram Heinricus dictus Botminger civis Basiliensis publice est protestatus, quod filia sua Margareta, quam in monasterio de Olsperch deo dicavit, cum reliquis liberis suis, quorum duo sunt preter ipsam, in hereditate matris et patris de jure, inmo de speciali pacto per parentes et liberos interposito debet succedere, et eâ ratione terciam partem domus ejusdem Heinrici, quam inhabitat, quam uxor sua quondam mater ejusdem Margarete a nobis sub jure hereditario et annuo censu unius ame rubei vini possedit, religiose in Christo Agnese abbatisse de Olsperch nomine monasterii, in quo predicta Margareta religionem assumpsit, presente patre et liberis concessimus sub jure premisso et censu, qui terciam partem contingit, perpetuo possidendam. Johannes etiam frater ejusdem Margarete de sua tercia constituit decem solidos denariorum dari annuatim in vigilia beati Johannis baptiste conventui monasterii memorati ad anniversarium matris sue colendum. In cujus facti memoriam presentem literam nostro videlicet capituli et meo speciali scilicet decani sigillis duximus consignandam. Act. in curia decani, anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊VI, III. kal. maii. Testes: Arnoldus de Blatshein subcustos, Johannes de sancta cruce sacerdotes, Diethelmus Golin miles, Heinricus Camerarii, .. dictus Bishof, Johannes Hano et alii quamplures.

191. *Ritter Nicolaus von Titensheim vergleicht sich mit dem Kloster Unterlinden in Kolmar anlässlich des Eintritts seiner Tochter über Ausrichtung einer Lebensrente.* — *1276 April* —

Original im BA. Kolmar, Unterlinden 1ᵇ nº 9 (A).
Drei (eingehangte) Siegel fehlen.

Nos . . priorissa et conventus monasterii Columbariensis dicti sub Tilea ordinis Predicatorum notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod in conventione, quam fecimus cum domino Nicolao de Titensheim milite Basiliensi, cum filia sua ordinem nostrum intraret, sic est de voluntate partium ordinatum, quod idem miles et uxor sua Sophia in solidum, quamdiu vixerint, altero eciam defuncto alter, qui superstes fuerit, usufructum hujusmodi debent percipere et habere, ipsisque ambobus defunctis nostro monasterio remanebit, videlicet dimidiam partem fructus seu vini provenientis de vineis apud Gebleswilr, quas ibidem habemus, que fuerunt filie sue et mariti ejusdem. Item dabimus eis annis singulis quatuordecim quartalia siliginis et ordei equaliter, item III verincellas spelte et unam verincellam et dimidiam avene, item XII solidos et IIII denarios in festo beati Martini. In cujus facti memoriam nostris et predicti militis sigillis presens litera est munita. Datum anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊VI, mense aprili.

192. *Die Klöster Lützel und Olsberg vergleichen sich mit dem Edelknecht Werner von Ramstein über das Eigentum eines Hauses in Basel.* *Basel 1276 Anfang Mai.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 94 (A).
Zwei eingehängte Siegel: 1. Dompropst von Mainz (nº 81). 2. Bischöflicher Official (nº 36).

Notum sit universis Christi fidelibus per presentes, quod, cum olim inter religiosos . . abbatem et conventum Lucelenses, . . abbatissam et conventum de Olsperch Cisterciensis ordinis ex una et Wernherum dictum de Ramestein domicellum, Basiliensem civem, ex parte altera verteretur materia questionis super quadam domo, quam quondam dominus V̊l[ricus] miles de Ramestein pater predicti Wernheri sita ze Chrûze contigua curie domini Johannis de Bv̊tenheim prefatis religiosis contulerat tali conditione, quod, cum redditus trium librarum usualis moncte ab ipso vel a suis heredibus prefatis religiosis assignarentur loco dicte domus, ipsam recuperare deberent libere possidendam, super qua conditione sepedictus Wer[nherus] domum predictam repetens et prenotatos trium librarum redditus offerens suam intentionem fundare potissimum videbatur, sepedictis religiosis respondentibus ex adverso, quod prefatus dominus V̊l[ricus], dum adhuc viveret, conditionem donationi addite revocans ipsam donationem verificasset[a]), cum conditioni viva voce renuncians domum ipsis libere reliquisset, tandem propter bonum pacis et concordie ex parte predictorum religiosorum in virum venerabilem dominum P[etrum] prepositum Maguntinum et magistrum R. officialem Basiliensem et ex parte dicti Wer[nheri] in dominum C[ononem] de Ramstein et dominum B[urchardum] Vicedominum milites extitit conpromissum. Convenientibus igitur prefatis domino P[etro] preposito, magistro R. officiali pro parte religiosorum, domino C[onone] et B[urchardo] militibus antedictis pro parte Wer[nheri] in vigilia beatorum apostolorum Philippi et Jacobi in cespite curie sepedicti domini prepositi, presentibus etiam partibus principalibus, prehabita discussione diligenti, deliberatione provida, maturoque consilio questionem seu discordiam pronuntiatione concordi taliter deciderunt, quod ipsis arbitrantibus prefati religiosi se daturos septem libras Basilienses dicto Wer[nhero] infra proximum festum ascensionis domini fideliter promiserunt et ipse Wer[nherus] premissorum arbitrorum finem ultro ac libere acquiescens omni juri, quod habere videbatur vel habebat in predicta domo, abrenuntiavit tacite et expresse ita, quod nec ipse nec alter pro ipso unquam eandem domum impeteret aut dictos religiosos pro ea aliqualiter perturbaret vel procuraret perturbari aut turbantibus adhereret, que omnia in manus predicti domini prepositi pars utraque promisit se fideliter servaturam. Sicque mutuo consensu partium hec arbitralis sentencia emolgata et vires rei judicate taliter est adepta. In cujus rei testimonium sigilla predictorum domini . . prepositi Maguntini et . . officialis curie Basiliensis sunt appensa. Actum[b]) die et loco quo supra, anno domini M̊C̊CLXXVI̊, intrante maio.

192. a) *nicht sichere Lesung; vor* ficasset *stehen vier Schäfte mit dem* et *Zeichen.* b) *corr. aus* acta.

193. *Die edeln Konrad-Berthold und Ulrich von Gutenburg verkaufen dem Johann von Gurtweil ein Haus in Laufenburg.*

— 1276 Mai 1.

Abschrift des 15. Jh. in Bf. E. fol. 322ᵛ (B).

Universis presencium inspectoribus Cunradus Bertholdus plebanus in Birchprunnen et V̊lricus miles fratres nobiles dicti de Gûtenburg noticiam subscriptorum. Noverint ergo, quos nosce fuerit oportunum, quod nos equo consensu et parili voluntate domum nostram in Löffenberg ex successione majorum nostrorum jure nobis hereditario a Seconiensi videlicet ecclesia pertinentem discreto viro domino Johanni de Gurtwile ac suis heredibus universis cum omni solempnitate tam juris quam facti, que pro cautela consuevit hujuscemodi contractibus adhiberi, vendicione legitima bona fide et sine doli vel presentis vel futuri cujuslibet proposito vel concepta tradidimus pro summa pecunie jam recepta et in integrum persoluta perpetuo pacifice videlicet et quiete sub hereditatis titulo liberrime possidendam, omne jus, quod nobis in eadem ex hereditario pertinebat, in ipsum ac suos heredes cum renunciacione perpetua transferentes. Dat. anno domini M̊CC̊LXXVI̊, kl. maii, indictione quarta.

194. *Heinrich der Schilter leiht dem Johann von Mellingen sein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1276 Mai 11.*

Original Sp. nº 1 (A).

An einer Schnur hängt das zerbrochene Stadtsiegel (nº 140).

Innotescat instrumenti presentis inspectoribus et auditoribus universis, quod ego Henricus clipeator civis Basiliensis accedente pleno consensu et bona voluntate Gŷte uxoris mee domum meam in civitate Basiliensi juxta portam que dicitur Eselturlin sitam, domui Conversarum cujus area ad me spectat contiguam, concessi Johanni carpentario dicto de Mellingen et Hedewigi uxori sue pro viginti solidis denariorum nomine census et VI circulis nomine revisorii annis singulis more solito persolvendis jure hereditario quiete et pacifice imperpetuum possidendam. Mutata eciam manu ipsi Johannes et Hedewigis vel alter eorum, qui superstes fuerit, aut heredes eorundem possessionem apprehensuri domus memorate quinque solidos denariorum in honorario solvere tenebuntur. Testes: magister Burchardus de Lindowe, Johannes Winardi, Johannes der gothsleger, Lŷdewicus de Maguntia, Johannes de Steten, Burchardus dictus Burel, Rodolfus carpentarius[a]) cives Basilienses et plures alii fide digni. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum est confectum et rogatu meo universitatis Basiliensis sigilli munimine roboratum. Datum Basilee, anno domini M̊CC̊LXXVI̊, V̊. idus maii.

195. *Dietrich von Mülhausen verkauft dem Konrad zum Krebs Zinse von Äckern.* *Basel 1276 Mai 16.*

---

194. a) carpetarius *in A.*

Abschrift von 1295 in Lh. H. fol. 4ᵛ nº 13 (B).

Trouillat 2, 268 nº 209 nach B. Hier ist zu lesen S. 268 Z. 21: zer *statt* zem; *Z. 22: vor* ob *einzuschieben* oben bi der bach in uno jugero; *Z. 24:* et *zu tilgen; S. 269 Z. 9:* cujus facti evidentiam; *Z. 12:* Dat. *statt* Datum; *Z. 13:* proximo *statt* primo.

196. *Ritter Heinrich von Hagenthal verkauft dem Kloster Unterlinden zu Kolmar Güter in Flachslanden. — 1276 Mai 23.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden nº 13ᵃ (A).
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Ego Heinricus de Hagendal miles Basiliensis notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego proprietatem possessionum mearum, quas habui apud Vlachslanden, quas videlicet possessiones . . priorissa et conventus sororum monasterii Columbariensis dicti Vnderlindun de ordine Predicatorum pro annuo censu sex quartalibus annone a me tenuerunt, eisdem priorisse et conventui juste et legaliter pro certa summa pecunie quinque marcis et dimidia argenti vendidi, quam pecuniam recepi et in usus meos converti predictasque possessiones et earum proprietatem de consensu et per manum liberorum meorum supradicto monasterio contuli et tradidi et in possessionem misi vacuam et quictam prestaturus debitam warandiam. In cujus facti memoriam sigillo meo presentem literam consignavi. Testes sunt Heinricus Vorgazzvn, Nicolaus de Titensheim milites, Petrus Vorgazzvn, Thomas Zebel, Mathias filius suus, Heinricus de Soladro et alii quamplures. Dat. anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊ sexto, X. kl. junii.

197. *Das Kloster Klingenthal leiht an Wernlin, Arnold und Rudolf Haus und Garten zu Suntheim zu Erbrecht. — 1276 Mai 25—30.*

Original Kl. nº 67 (A).
Arnold 345 nach A.
An Pergamentstreifen hängt das Siegel von Klingenthal (nº 65).

Alle, die disen brief iemer gesehent oldir hôrent lesen, die suln wizzen, daz wir diu priorin uñ der samenung der vrôwen von Chlingental mit ûnsir allir willen einmûtechliche durh brûdir Eppen hant an ûnsir stat hein virlûhen zi Svnthein Wernline und Arnolde uñ Rvdolfe uñ irn erbon ein hus uñ einen garten, zûhet ubir den weg, iemirme ze rechtem erbe jerlich umbe nûn schillinge geber uñ genemer pfenningen, uñ die wile so der vorgenanten drier Wernlin unde Arnolt uñ Rvdolf deheiner lebet, so git ir enheinir dehein erschaz, uñ so dieselben drie irsterbent, alse dicke so sich denne dû hant virwandelt an dien erben, so sol man alse vil geben ze erschazze, alse vil och davon ze zinse gat. Das disû rede uñ getat veste uñ stete si, des besigillen wir ze einim urchûnde disen gegenwûrtigen brief mit der samenunge ingesigele. Diz beschach in dien pfingesten, do von gotis gebûrte waren gewesen zwelph hundert uñ sibenzig uñ sechs jar.

Digitized by Google

198. Apud Basilcam in curia prepositure majoris ecclesie *wird kaiserliches Hofgericht gehalten. Unter den Zeugen:* Rôbario de Basilea, dicto de Turri . . . militibus. *Basel 1276 Juni 3.*

ZGO. 38, 21 nº 548 und CDS. 2, 152 nº 548, beide nach dem Original im GLA. Karlsruhe.

199. Item ein brieff inhaltende, wie durch gunst der herrn zu s. Petter Rudolff von Dirmenach und Gerthrudt von Zoffingen ire hüser an den Spalen gelegen mit einandern vertuschet, also daz gedachte Gerthrudt hinfüro jerlich nit mer dann 8 sh. zins und 2 ring und 4 sh. zu erschatz schuldig ist. — *1276 Juni 4.*

*Eintrag des 16. Jh. in Lh. B. fol. 86. — * Lh. D. fol. 164ᵛ.*

200. *Die Leutpriester von Berenzweiler und Weiler bezeugen der Witwe Hugos von Rodersdorf und dem Kloster Klingenthal den Besitz des Hofes zu Arnoldsbach.* — *1276 Juni 15.*

Original Kl. nº 68 (A).

Zwei eingehängte Siegel: 1. † S . CVNONIS . I . CVRATI . DE . . . . . *Das zweite fehlt.*

Allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, tûn wir der lîpriester, der da singet ze Beroltswilre, uñ der lîpriester, der da singet ze Wilre, kunt, daz wir gezîge sin, de wir gehôret han, de diu gebursami gemeinlich von Knôringen unde diu gebursami gemeinlich von Beroltswilre dem hern Burkarte von Strasburg geseit hant, de hern Huges seligen wirtinne von Ratolstorf den hof ze Arnoltzspach uñ de gût, de dar zû hôret, in gewalte uñ in gewer si uñ ir kloster ze Klingental dar hant braht rûwelich uñ unversprochen für ir lidiges eigen zwelf jar unde mer. Do dirre brief gegeben wart, do wars von gottes gebürte tusent zwei hundert uñ sense uñ sübenzec jar, an dem nehsten mentage vor sancte Albanes tage.

201. *Der Priester Johannes vergabt dem Kloster Olsberg sein Recht an Gütern zu Basel, Magden, Wintersingen und Blotzheim, unter Vorbehalt lebenslänglichen Niesbrauchs.* *Basel 1276 Juli 17.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 96 (A).

** Boos 82 nº 122.*

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (nº 36).

Officialis curie Basiliensis omnibus presentium inspectoribus perpetuam noticiam rei geste. Anno domini M̂CCLXXVÎ, feria sexta ante Marie Magdalene, constitutis in nostra presentia reverenda in Christo . . abbatissa monasterii de Olsperch ordinis Cisterciensis, Basilicnsis dyocesis, ex una et domino Johanne rectore altaris sancte crucis ecclesie Basiliensis ex altera parte, predictus dominus Johannes intuitu retributionis eterne in monasterium

predictum piissime liberalitatis munificentia facere cupiens donationem et eandem nostre cognitionis et auctoritatis sive decreti munimine roborari omne jus sibi conpetens in possessionibus sive domibus per eundem emptis a fratribus domus Hospitalis sancti Johannis in Vriburgo devolutis primum ad fratres predictos ex parte filii domini Kozzonis de Vriburgo sitis in civitate Basiliensi in contrata sive porta Spalon ex opposito Aquile annuatim dantibus redditum undecim solidorum et trium librarum et dimidie libre piperis et quinque circulorum, et sitis in Libero vico juxta inferiorem partem domus dicte der Welhine hus in domo videlicet valente annuatim duas libras et quatuor circulos, necnon omne jus eidem domino Jo[hanni] conpetens in prediis sitis in villa Magtun per eundem emptis a Johanne fabro burgense Rinueldensi pro pretio decem marcarum et in possessionibus emptis per eundem pro decem marcis a domino de Teitingen et uxore sua sitis in Wintersingen, item omne jus conpetens sibi in bonis sitis in Blazheim emptis a Heinrico Monacho quondam cive Basiliensi, que reddunt annuatim duas vierdenecllas spelte, in prefatam dominam . . abbatissam presentem et nomine monasterii sui recipientem pure, libere et simpliciter donatione inter vivos transtulit et donavit, hoc acto, quod redditus predictarum possessionum . . abbatissa, que pro tempore fuerit in monasterio prenotato, sepedicto domino Jo[hanni], quamdiu idem vixerit, Basilee presentabit integraliter et sine qualibet diminutione, et erit in ipsarum possessionum plena, quieta et pacifica possessione etiam tempore vite ipsius. Post mortem vero ipsius Jo[hannis], nisi vivens aliud duxerit decernendum, de domo sita in Libero vico contigua in inferiori parte domui der Welhine in die sancti Dominici omni anno septem solidos Predicatoribus, Minoribus fratribus quinque solidos, monialibus dictis an den Steinen quinque solidos sepedicta . . abbatissa dare tenebitur et facere numerari. Ad que omnia et singula inviolabiliter observanda et effectui mancipanda se nomine monasterii . . abbatissa firmiter obligavit res donatas secundum conventionem donationi appositam suscipiens et referens gratias omnium conditori. Ad hec . . abbatissa sepedicta ex lege addita huic donationi superfitiem domus, quam inhabitat dictus Jo[hannes], quam in presentia nostra recognovit salvo sibi jure habitationis monasterio de Olspech jam dudum a se liberaliter quoad jus sibi conpetens cum sollempnitate debita donatam, tenebitur restaurare et secundum pristinam figuram reparare, si incendio consumpta[a]) fuerit vel aliquo casu diruta fuerit dissipata vel plurimum deteriorata. Si qua vero supellectilia vel alia bona tempore mortis domini Jo[hannis], que non fuerint specialiter per eundem legata vel in elemosinam data, in domo quam inhabitat invenientur, cedent et applicabuntur dominio monasterii prelibati ex dicti Jo[hannis] arbitrio et voluntate, quam in presens scriptum redigi petiit ad evidentiam et certitudinem pleniorem, Nos vero predictis omnibus et singulis cognitionem et auctoritatem nostram interposuimus, ut majori subsistant roboris firmitate, et in scriptum redacta sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum Basilee coram nobis in curia cantoris Basiliensis, anno et die prenotatis.

201. a) consupta *in A.*

202. *Ritter Rudolf von Meienheim empfängt von Ritter Röselin von Bergholz als Ersatz der Güter zu Nieder-Enzen, welche Röselin dem Kloster Klingenthal verkauft hat, Güter zu Bergholz und giebt diese dem Röselin zu Lehen.* *Rufach 1276 August 18.*

Original Kl. nº 69 (A).

Das (an einem Bande hangende) Sieget fehlt.

Omnibus in Christo fidelibus presentem paginam inspecturis Rûdolfus miles de Meienhein salutem et noticiam rei geste. Sciant omnes, quos scire fuerit oportunum, quod, cum vir discretus dictus Rôselinus de Bercholz bona sua in villa et in banno NidernEizhein sita, quorum medietatem a me tenebat in feodum, vendidisset venerabilibus in Christo . . priorisse et conventui de Clingendal in ulteriori Basilea residentibus ordinis Predicatorum pro certa pecunie summa videlicet x marcis argenti, ad instantiam predicti Roselini militis mihi super hoc humiliter supplicantis partem predictorum bonorum, quam a me ut dictum est tenebat in feodum, renunciavi et tradidi predictis dominabus, jus proprietatis, quod ad me justo titulo pertinebat, in predictas . . priorissam et conventum juste et rationabiliter transferendo cum omni juris et facti sollempnitate, que consuevit resignationi et traditioni hujusmodi adhiberi. Ipse vero Roselinus miles nolens sicut homo providus et discretus nota ingratitudinis inquinari, in compensationem predicte proprietatis, quam habebam in bonis venditis, resignavit medietatem novem scadorum vinearum et duorum jugerum agrorum in villa et in banno Bercholz sitorum et ipsam a me recepit in feodum homagio mihi et fidelitate solita conjungi desiderans et astringi. Testes hujus rei sunt Andreas de Lovbegazzen, Hugo Basilarius et Simundus de Meienhein milites, Anshelmus advocatus, Billungus, Jacobus dictus Kellner, Johannes filius sculteti de Pfafenhein cives Rubiacenses et plures alii fide digni. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum est confectum et universitatis Rubiacensis in premissorum memoriam ac robur perpetuum communitum. Acta sunt hec in oppido Rubiacensi, anno domini M̊CC̊LX̊XVI̊, XV̊. kl. septembr., indictione IIII̊.

203. *Der Streit des Stiftes St. Leonhard und des Müllers Hugo mit Johann Helbling über Benützung eines Kanals wird geschlichtet.* *Basel 1276 August 19.*

Original Kl. nº 70 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: Dirre brief hôret über die mülin zer Walchun umbe dez tiches scheidunge.

An Bandern hängen zerbrochen die Sieget von St. Leonhard und der Stadt (nº 48 und nº 140).

In nomine domini amen. Mota inter viros venerabiles dominum Wernherum prepositum et conventum sancti Leonardi ordinis sancti Augustini in Basilea et Hugonem molendinarium ex una et Johannem dictum Helbelinch civem Basiliensem ex parte altera materia questionis predictis . . preposito,

Digitized by Google

conventu et Hugone asserentibus, quod Johannes pretactus alveum molendini sui zer Walchen ultra quam deberet in predictorum prejuditium elevasset ita, quod propter aque redundationem molendino superiori, quod predictus Hugo tenet jure enphyteotico a predicto . . preposito et conventu, inpedimentum intollerabile prestaretur, tandem, predicto Johanne hoc negante et contrarium affirmante, cum diu inter partes predictas esset modis variis altercatum, in viros discretos dominum Johannem Rovbarium et Rodolfum de Michelenbach cives Basilienses super predicto negotio exstitit de consensu partium conpromissum. Qui inspectis cause qualitate et meritis arbitrando pronuntiaverunt, quod Johannes predictus datis prelibatis . . preposito, conventui[a]) et Hugoni[b]) quatuor libris et quinque solidis inter se, prout ipsi statuerint, dividendis molendinum suum et alveum in eo statu, quo nunc eum teneat, et sine quavis eorundem inpeticione possideat in perpetuum pacifice et quiete. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum est confectum et rogatu partium prelibatum arbitrium approbantium predicti prepositi, quo et conventus utitur prelibatus, et universitatis Basiliensis sigillis contra futurorum eventus casuum conmunitum. Testes, qui unâ cum prefato preposito interfuerunt: dominus Fridericus, dominus Petrus dictus de Valle Masonis, dominus Nicolaus antiquior et dominus Nicolaus junior sacerdotes predicti conventus, Burcardus subdiaconus procurator prepositi supradicti, Henricus dictus Brunnadire et Arnoldus filius suus, Conradus filius Petri de Cruce, Petrus molendinarius zer Walchen cum pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M̊CC̊LXX̊VI̊, XIIII. kl. septembris.

204. *Ritter Hugo Mönch d. j. verspricht, die vom Kloster St. Alban geschehene Verleihung eines Waldes bei Ranspach nicht mehr zu hindern.* — *1276 September 22.*

*Original Al. № 27 (A). — Abschriften in Al. C. fol. 121ᵛ (B) und des Basilius Amerbach in ChA. C. pag. 184 (Bᵛ). — * Al. L. pag. 469.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 16. Jh.: uber den wald zů nidern Ranspach.

Das an Pergamentstreifen hangende Siegel ist beinahe ganz zerstört.

Hugo Monachus junior miles Basiliensis omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, paratam ad omnia voluntatem. Sciant omnes, quos nosse fuerit opportunum, quod silvam, quam Wilhelmus quondam prepositus sancti Albani extra muros Basilienses sitam juxta villam Ramsbach sub ejusdem ville banno concessit Henrico villico de supperiori Ramsbach, Cůnoni fabro et Johanni dicto Hemburge sub quodam annuo censu, quemadmodum a claustro res alie concedi consueverunt, quam concessionem ego predictus Hugo miles contradixi et quantum potui inpedivi, credens me in eadem silva jus aliquod ad contradicendam concessionem, quam fecit antedictus prepositus, habiturum. Sed quia cognosco me hoc facere non posse aliquo jure nec debere, nullum

203. a) conventu *in A.* b) Hugone *in A.*

deinceps predicti prepositi successoribus seu hominibus eandem silvam habentibus per me vel per alium presstabo inpedimentum. Et ut hec rata sint, que prediximus, instrumentum hoc publicum est confectum et sigilli mei munimine roboratum. Datum anno domini M°CC°LXXVI°, decimo kall. octobris.

205. *Heinrich von Eschbach und seine Frau schenken dem Kloster Klingenthal ein Haus in Basel und Reben zu Bellingen und empfangen sie wieder zu Erbrecht.* *Basel 1276 Oktober 11.*

Originale Kl. n° 71 (A) und n° 77 (A¹).

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

Auf der Rückseite von A von einer Hand des 13. Jh.: Dis ist der brief von dem gûte, daz uns herre Heinrich von Eschebach um sin hûsfrôwe gap.

Die Siegel (an A hangend, an A¹ eingehangt) fehlen.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Guntherus Marschalcus vices gerens magistri civium et consules Basilienses salutem et eorum noticiam, que seeuntur. Constituti in nostra presentia vir discretus Heinricus dictus de Echebach noster conscivis et[a] Mechtildis uxor sua quatuordecim jugera vinearum, que vulgariter[b] dicuntur manwerch, sita in villa et banno Bellincon[c] et domum dictam zem Manen sitam in civitate Basiliensi in vico dicto du Frigestrase libere contulerunt[d] venerabilibus in Christo . . priorisse et conventui de Klingendal ordinis Predicatorum[e] eodem jure, quo et ipsi donatores predictas domum et vineas possederant, quiete et pacifice possidendas. Predicte vero priorissa et conventus nolentes[f] pro accepto beneficio ingratitudinis vicio laborare predictam domum cum vineis prelibatis concesserunt[g] pretactis Heinrico[h] et uxori sue sub annuo censu unius solidi denariorum ad vitam suam in festo beati Martini persolvendi jure hereditario possidendas. Ipsis vero sublatis e medio medictas domus et vinearum predictarum libere vacabit[i] priorisse et conventui supradictis; reliqua vero pars media domus et vinearum predictarum ad Annam predictorum Heinrici[k] et Mechtildis filiam uxorem Henrici[l] dicti Kennelarii,[m] que etiam conpos mentis, major annis auctoritate prefati Heinriei mariti sui atque tutoris predicte[n] donationi consentiens ipsam traditione propria et donatione sub forma subscripta legitime confirmavit, si superstes fuerit defunctis parentibus, sub eodem censu predicto titulo devolvetur apud suam

205. a) Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Lucardis priorissa et conventus de Kliogendal ordiois Predicatorum noticiam eorum, que secuntur. Sciant omnes, quos scire fuerit oportunum, quod vir discretus Heiorieus de Echebach civis Basiliensis et *in A¹.* b) vulgo *in A¹.* c) Bellicon *in A¹.* d) nobis libere contulerunt *in A¹.* e) venerabilibus – Predicatorum *fehlt in A¹.* f) Nos vero prefate priorissa et conventus nolentes *in A¹.* g) concessimus *in A¹.* h) Henrico *in A¹.* i) vacabit nobis priorisse et cooventui supradictis, reliqua vero pars media domus et vinearum predictarum libere vacabit nobis priorisse et conventui supradictis, reliqua vero pars media domus et vinearum predictarum ad Annam *in A¹.* k) Heoriei *in A¹.* l) Heioriei *in A¹.* m) Kenlarii *in A¹.* o) prefate *in A¹.*

Digitized by Google

prolem, si quam ex se genuerit, eodem jure et titulo permansura. Si vero predicta Anna sine prole decesserit, media pars predictorum bonorum, que apud ipsam remanserat, parti consolidata priori ad prefatas o) priorissam et conventum sine omni heredum inpetitione integraliter devolvetur. Testes: Burcardus p) de Argentina, Nicolaus de Titenshein, q) Burchardus Kraftonis milites, Johannes de sancto Martino, Burchardus ad Rosam, Heinricus Merschandus, r) Conradus Lud[ewici], Petrus villicus, Dietricus monetarius et alii de consilio nostro s) fide digni. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum predictorum Heinrici et Mechtildis uxoris sue concivium nostrorum t) rogatu conscribi et universitatis nostre u) sigillo fecimus roborari. Dat. v) in consilio nostro, anno domini M̊C̊C̊LXXVI̊, w) V̊. x) idus oct., indictione V^a.

206. *Mechtild von Eschbach schenkt dem Kloster Klingenthal ein Haus zu Basel und Reben in Bellingen. Basel 1276 Oktober 29.*

Original Kl. n° 72 (A).

Auf der Rückseite der Urkunde von einer Hand des 13. Jh.: Dis ist von der Kennelerin gûte.

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (n° 36).

Officialis curie Basiliensis et cetera. Constituta in jure coram nobis Mehthildis uxor Heinrici de Eschbach presente predicto Heinrico marito suo et consenciente cum omni sollempnitate juris et conswetudinis domum suam dictam dir Mane contiguam domui zi dem Sterne et quatuordecim manuwerch vinearum sitarum in banno Bellikon cum suis pertinenciis scilicet curiâ torculari et aliis donatione facta inter vivos libere et simplici munificencia transtulit in monasterium dominarum de Clingintal fratre Wernhero dicto Veiztin ejusdem monasterii converso dictam donationem in nostra presencia nomine monasterii recipiente. Et predicta donatrix expressit, quod in hujusmodi donatione in lesionem vel exheredacionem filie sue, quam jam habet, nichil ageretur, sed si legitimam porcionem jure nature ipsi filie debitam ex bonis matris non esset assecuta matre decedente, ex predictis bonis et aliis posset petere suplementum. Acta sunt hec Basilee coram nobis, anno domini M̊C̊LX̊XVI̊, feria quinta proxima post festum apostolorum Symonis et Jude, presentibus Heinrico Monacho, Burcardo de Argentina, V̊lrico de Frikke, C̊ünrado de Vfhein militibus et C̊ünrado filio quondam domini Ludewici et aliis quampluribus fide dignis. Et in testimonium donationis sigillum dicte curie Basiliensis presentibus dedimus appendendum.

207. Venerabilis domina Adilheidis relicta quondam nobilis viri Waltheri dicti de Stenibrunne *schenkt dem Johanniterhause in Mülhausen alle*

---

205. o) ad nos prefatas priorissam *in A*¹. p) Burchardus *in A*¹. q) Thilenshein *in A*¹. r) Merchandus *in A*¹. s) *statt* de consilio nostro *steht* plures *in A*¹. t) concivium nostrorum *fehlt in A*¹. u) conventus nostri *in A*¹. v) Datum Basilee, anno *in A*¹. w) M̊C̊C̊LXXVI̊ *in A*¹. *Die fünfte Indiction passt zu Oktober 1276, nicht zu Oktober 1277.* x) quinto *in A*¹.

ihre Güter. Unter den Zeugen: fratre Heinrico priore predicti Hospitalis Ierosolomitani in suburbio Basiliensi. — *1276 Oktober 31.*

Original im BA. Kolmar, Comthurei Mülhausen n° 6 (A).
Das (an Pergamentstreifen hängende) Siegel fehlt.

208. Heinricus de Basilea[a]) canonicus Thuricensis *und* Heinricus de Wetgis canonicus Werdensis magistri *entscheiden einen Streit zwischen den Klöstern Engelberg und Wettingen betreffend deren Anteile an den Gerichtsbussen in Fislisbach.* *Zürich 1276 November 25.*[b])

*AW. 1193 n° 1 aus dem Archiv Wettingen. — * Liebenau 152 n° 108 zu November 24 nach dem Original im Archiv Engelberg.*

209. *Das Kloster St. Clara verkauft dem Kloster Klingenthal Güter in Klein-Basel.* — *1276 Dezember 20.*

*I. Original Kl. n° 73 (A). — * Kl. R. fol. 7.*
Von den drei Siegeln hangt an einer Schnur noch das des Ministers der Minderbrüder (n° 62).
*II. Original Kl. n° 73[a] (A[1]). — Abschrift in Kl. A. fol. 247. — * Kl. R. fol. 7.*
Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: dirre brief ist von dem gûte daz wir kouften umbe die vrowen von sancte Claren.
An Schnüren hängen zwei Siegel: 1. Minister der Minderbrüder (n° 62). 2. St. Clara (n° 66).
Die Urkunden I. und II. sind von verschiedenen Schreibern angefertigt.

I.

Universis presentem litteram inspecturis . . abbatissa et conventus ordinis sancte Clare in Basilea noticiam rei geste. Noverint universi, quod nos de consilio et consensu patrum nostrorum spiritalium fratris Chonradi provincialis,.. gardiani et fratrum Minorum Basiliensium possessiones nostras in ulteriori Basilea sitas extra et infra muros ejusdem oppidi solventes nobis annuatim quinque libras denariorum Basiliensis moncte minus septem solidis, quarum videlicet possessionum partem, que triginta quatuor solidos reddit annuatim, ab ecclesia sancti Albani sub jure hereditario et annuo

II.

Alle, die disen brief sehent odir hôrent lesen, die sullent wizen, das ich . . eptischin uñ der samenung sante Claren ordens ze Basele mit dem rate uñ mit der einhelli ûnsir geislichir veteren brûder Chŵnratis des provincialis uñ des . . cardians uñ der Minre brûderen von Basele hein virkoufet rehte uñ redeliche der priorin . . uñ der samenunge ze enre Basele, dien man da sprichit von Klingental der Bredieren ordens, swas wir hatten ze enre Basele uzerhalp der ringmure un inrchalp, das ûns jerlich galt siben schillinge minre denne fünf pfunt, iê den schilling geltis umbe

208. a) H. de Basilea *bei Liebenau.* b) *Die Jahrtszahl ist ergänzt aus Liebenau.*

censu quatuordecim denariorum tenemus, reliquam vero partem jure proprietario possidemus, accedente nichilominus consensu et licentia . . prepositi et conventus ecclesie sancti Albani predicte, religiosis in Christo . . priorisse et conventui de Klingindal ordinis fratrum Predicatorum juste et legaliter vendidimus pro certa summa, videlicet quemlibet solidum annualium reddituum eorundem pro una libra denariorum Basiliensis monete, et possessiones premissas eisdem tradidimus, donavimus et justo titulo venditionis transtulimus, et ea, que ab ecclesia sancti Albani tenentur, rite resignavimus et per ejusdem ecclesie prepositum concedi procuravimus, sicut ordo juris et consuetudinis exigebat, promittentes eisdem . . priorisse et conventui in causa evictionis cavere et prestare debitam warandiam, renuntiantes etiam exceptioni non numerate pecunie, doli, in factum et omni exceptioni et rei, que posset obici contra venditionem memoratam. In cujus facti memoriam presens instrumentum antefati domini . . prepositi sancti Albani, fratris C[honradi] provincialis et nostris sigillis extitit roboratum. Actum et datum anno domini MCCLXXVI, in vigilia sancti Thome apostoli. Nos Stephanus prepositus et conventus sancti Albani Basiliensis, ut premissum est, ad resignationem predictarum . . abbatisse et conventus possessiones antedictas ad nostram ecclesiam pertinentes sub jure et censu memoratis fratri Johanni lapicide converso nomine . . priorisse et conventus de Klingintal concessimus salvo per omnia jure nostro, hoc etiam adjecto, quod, cum frater Johannes predictus decesserit, alter frater succedat hiis bonis, ne jus hereditarium

ein pfunt genemer pfenningen, uñ des selben gûtis hein wir inen geben ein teil fûr erbe, als oeh wir ez hatten von dem gotishuse ze sante Albane ze Basele, das jêrlich gilt vier schillinge uñ drizig schillinge, uñ git man davon jerlich vierzehen pfenninge ze zinse dem selben gotishuse ze sante Albane, uñ hein ez ufgeben uñ ûns enzigen uñ gesehicket uñ volleist, das ez inen des vorgenanten gotishuses probest . . von sante Albane het virlûhen ze rehtem erbe, als ez reht uñ gewonlich ist. So abir das da gilt einis schillinges minre denne drú pfunt, das han wir inen geben fûr reht eigen, des geben wir der vorgenanten priorin . . uñ der samenunge von Klingental rechte werschaft nah rechtem lantreehte uñ nach geschribenem rechte. So geben wir och uf uñ enziehen ûns genzelich uñ gar allir der uzscheidunge uñ der ansprache, so widir disem koufe iêmir môhte beschehen. Ze einem ewigen urkûnde, das disú rede uñ disiu getat iêmirme veste uñ stete si, des henchet brûdir Chŵnrat der provineial uñ wir ûnsir ingesigele an disen gegenwûrtigen brief. Diz beschach uñ wart och daruber dirre brief gegeben an sante Thomans abende des zwelfboten, do von ûnsirs herren gebûrte waren gewesen tusent uñ zwei hundert un sibinzig uñ sechs jar.

ecclesie sancti Albani amittatur. Ego frater Chonradus provincialis minister ordinis fratrum Minorum sigillum meum rogatus apposui in testimonium veritatis.

210. *Des Ritters Johann von Halten Witwe verzichtet zu Gunsten des Ritters Jacob von Bütigen auf ihre Rechte an Gütern zu Röthenbach.* *Basel 1276 Dezember 21.*

Fontes 3, 186 nº 193 nach einer Abschrift in Bern.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Guntherus Marscalcus, Burchardus Craftonis, Diethelmus Camerarius milites, H[einricus] Schaltenbrandus, Wilnhelmus de Schonenberch cives Basilienses eorum notitiam, que secuntur. Constituta Basilee coram nobis Uctocha relicta quondam Johannis militis de Haltun renunciavit libere, non coacta nec ab aliquo circumventa in manus domini Jacobi militis de Bûtingen omni juri, quod habebat vel habere videbatur in bonis sitis in villa et banno Rotebach, in quibus residet dictus Sangeli, gratum et ratum habitura quidquid per predictum militem de bonis premissis fuerit ordinatum. In cujus facti evidentiam instrumentum hoc publicum est confectum et sigillo premissi Marscalci pro omnibus supradictis testibus communitum. Datum Basilee, anno domini M°CC°LXXVI°, in festo beati Thome apostoli.

211. Magistro H. de Basilea canonico Thuricensi *Zeuge in der Urkunde des Klosters Rüti.* *Zürich 1277 Januar 11.*

*Herrgott 2, 468 nº 564. — * Georgisch 2, 25 nº 7.*

212. *Werner von Zumersheim bekennt, vom Kloster St. Alban Land in Habsheim zu Erbe empfangen zu haben.* *— 1277 Januar 23.*

Originale Al. nº 28ª (A) und nº 28ᵇ (A¹). — Abschrift von A in Al. C. fol. 54 (B).

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

An beiden Stücken fehlen die (an Pergamentstreifen hängenden) Siegel.

. . officialis curie Basiliensis omnibus presentes litteras inspecturis salutem et eredere subnotatis. Sciant tam presentes quam posteri, quod Werherus de Szumersein in nostra constitutus presencia confitebatur se a venerabili viro Stephano priore sancti Albani foris muros Basilienses ordinis Cluniacensis et conventu predicte ecclesie aream quandam jure proprietatis ad predictam ecclesiam sancti Albani pertinentem sitam in villa Habgesscin attingentem stratam publicam et contiguam fundo predicte ecclesie sancti Albani recepisse jure hereditario sibi et suis heredibus pro annuo censu trium solidorum Basiliensium et unius pulli in festo beati Martini solvend-

orum perpetuo possidendam, ita tamen, quod predictus Werherus[a]) vel sui heredes eandem aream[b]) a predicto priore et conventu receptam[c]) in ea parte, ubi se contiguat fundo ecclesie sancti Albani prenominate,[d]) construat[e]) palicium seu sepem firmam absque viis et hostiis manifestis et sine rupturis, unde[f]) fundus ecclesie sancti Albani predictus arec sibi concesse contiguus posset deteriorari sive possessor perturbari. Quod si secus faceret[f]) et viam sive hostium per predictam sepem vel palicium edificare presumeret[g]) aut rupturam prenominato[h]) fundo nocivam, si esset, non obstrucret[i]) sepedictus Werherus vel sui heredes, concessio predicte arce facta deberet a priore pretacte ecclesie sancti Albani, quicunque tunc preesset, vel a conventu[k]) in irritum revocari et idem Werherus vel sui heredes deberent cadere a jure, quod ipsis in antedicta arca conpetebat. Et ne super preseriptis per[l]) hominum oblivionem dubium oriatur, hoc presens instrumentum est confectum et ad peticionem predicti Werheri et aliorum honestorum sigilli[m]) curie Basiliensis munimine communitum. Datum et actum anno domini M°C°LX°XVII, X. kall. februarii, indictione quinta.

213. Wernherus textor de Basilea *Zeuge in einer Urkunde der Äbtissin von Zürich.* — *1277 Februar 1.*

Wyss 224 n° 248 nach einer Abschrift in Zürich.

214. *Des Ritters Burchard von Trothofen Gattin schenkt dem Kloster St. Urban eine Hofstatt in Basel gegen Zusicherung einer Leibrente für sie und ihre Tochter.* *Basel 1277 Februar 8.*

Original im StA. Luzern, St. Urban (A).

CM. 1, 83 n° 110 nach A, irrig zu Februar 3.

Zwei abhängende Siegel: 1. Bischöfl. Official (n° 36). 2. St. Urban (n° 72).

Omnibus Christi fidelibus presentem literam inspecturis officialis curie Basiliensis notitiam eorum, que sequuntur, cum salute. Constituta in nostra presentia Sophia uxor Burchardi militis dicti de Trothouen presente ipso Burch[ardo] marito suo et consensu suo interveniente liberaliter contulit et donavit in remedium anime sue domino . . abbati et conventui sancti Vrbani Cistercicnsis ordinis, Constantiensis diocesis, curiam suam sitam juxta portam Crucis infra civitatem Basiliensem, quam quondam dominus Heinricus de Bvtenhein inhabitavit, contiguam domui predictorum abbatis et conventus cum omnibus suis appendiciis et casalibus suis, que juxta curiam habuit

---

212. a) Werherus *fehlt in A.* b) in eadem area u priore *in A*[1]. c) recepta *in A*[1]. d) pretacto *in A*[1]. e) construat suis expensis et sine dampno predictorum prioris, conventus et ecclesie palicium *in A*[1]. f) de quibus fundus ecclesie sancti Albani arec sibi concesse contiguus posset deteriorari sive possessor predicti fundi sancti Albani posset perturbari. Quod si predictus Werherus seu sui heredes secus facerent *in A*[1]. g) presummerent *in A*[1]. h) pretacto fundo sancti Albani nocivam *in A*[1]. i) obstrecrent *in A*[1]. k) conventu ibidem in irritum deberet revocari et Werherus sepedictus vel sui *in A*[1]. l) propter *in A*[1]. m) aliorum sigilli *in A*[1].

prenotatam. In reconpensationem autem donationis prehabite liberalis prefatus dominus abbas et conventus promiserunt eidem domine, quod ad vitam suam quatuor libras minus sex solidis usualis monete annuo dabunt. Post mortem autem prefate Sophie Mechtildi filie ejus medietatem videlicet triginta septem solidos ad vitam suam persolvent pro annua pensione. Qua defuncta cessabit pensio nec transibit aliquatenus ad heredes. Debent etiam prefatus dominus abbas et conventus fideliter laborare, ut capellam construant in curia memorata. Insuper predictus abbas promisit et consensit[a]), quod premissos conjuges vel patrem defuncta Sophia uxore cum filia dictam curiam inhabitare permittet et Sophia, sive inhabitet sive non, habebit annuatim dictam pensionem, filia vero non habebit jus inhabitandi per se sed cum patre; si autem inhabitaverit cum patre, nichilominus dari sibi debet dimidia pensio a predicto abbate et conventu, quam mater sua defuncta antea percepit. In cujus rei testimonium sigillum curie Basiliensis presentibus duximus appendendum. Nos vero abbas prenominatus sigillum nostrum, ut ea, que premissa sunt, robur firmitatis obtineant, presentibus dedimus appendendum, quo noster conventus est contentus. Actum et datum Basilee, anno domini M°C°LX°X septimo, feria secunda proxima post purificationem beate virginis Marie. Testes autem sunt hujus rei dominus Arnoldus subcustos Basiliensis, magister Semannus et magister V̊lricus canonicus ecclesie sancti Petri Basiliensis et alii quamplures fide digni.

215. *Burchard von Trothofen und seine Frau schenken dem Kloster St. Urban ein Haus in Basel. Mülhausen 1277 Februar 9.*

Original im StA. Luzern, St. Urban (A).

CM. 1, 84 n° 111 nach A.

An Bändern hängen drei Siegel: 1. † S . VNIVERSITATIS . DE . MVLNHVSEN. *2.* . . HENRICI . MILITIS . DE . BVTENHE . . . *3.* † S . IIVGONIS . DE . TROTHOVEN . MILITIS.

Universis presencium inspectoribus nos Burchardus de Trothoven et S[ophia] uxor sua noticiam rei geste. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod, cum dominus Heinricus de Buteuh[ein] miles et Anna uxor sua pro se et pro liberis suis sponte et considerantes ipsis expedire pocius quam nocere domum seu curiam sitam Basilee juxta portam Crucis cum omnibus[a]) pertinenciis per ipsos acquisitis, sicut jam nunc est, quam domum olim eisdem hereditario jure concessimus, nobis et in manus nostras libere renunciassent et cessissent simpliciter omni suo juri, nos renunciacionibus et cessionibus habitis ac admissis dictam domum sive curiam in remedio anime nostre viris religiosis . . domino abbati et conventui de sancto Vrbano ordinis Cisterciensis liberaliter contulimus possidendam. Testes hujus sunt, qui interfuerunt, . . cellerarius ejusdem claustri, Hugo, Wer[nerus] de Trothoven milites, Conr[adus] rector scolarium in Mulnh[usen], Heinricus de

214. a) consensus *in A.*

215. a) omnis *in A.*

Koringen, Conradus, Heinricus de Randolzwilr, frater Wer[nerus] de Luzela et alii quamplures fide digni. Ne autem hujus donatio a nobis in posterum aut ab aliquibus calumpniam paciatur, presentem paginam sigillo universitatis nostre de Mulnh[usen] fecimus roborari. Nos Heinricus de Bûteuhein pro me . . et . . uxore et liberis nostris, ne contra ea, que de nobis superius sunt expressa, aliquatenus veniamus et ipsos viros religiosos . . abbatem et conventum cenobii memorati super domo seu curia prefata ipsis tam rite ac legaliter donata aliqua vexatione indebita aggravemus, sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum Muln[husen], anno domini M°C°LXX°VII°, quinto ydus febr. Ego Hugo de Trothoven testis prenominatus sigillum meum presentibus et apposui in testimonio veritatis.

216. *Dompropst Otto überträgt das Bannwartamt dem Hugo Pauler und dessen Sohn.* — *1277 Februar 20.*

Original im GLA. Karlsruhe, Domstift Basel (A). — Abschriften in Ds. F. fol. 46° (B) und fol. 83 (B¹).

An seidenen Bändern hängen zwei Siegel: 1. S . MAGRI . OTTONIS . PPOSITI . ECCLIE . BASILIEN. *2. Domstift (n° 18).*

Otto prepositus majoris ecclesie Basiliensis universis presentem literam inspecturis noticiam rei geste. Noverint universi, quod, cum vir honorandus Heinricus prepositus dictus de Vesenegge predecessor noster de consensu capituli sui officium ad preposituram pertinens, quod vocatur banwartûn, duabus personis Rûdolfo coco et Heinrico filio suo concessisset, ut in omnem eventum uno defuncto alter superstes predictum haberet officium pro tempore vite sue, dictamque concessionem antecessores nostri Heinricus de Nŵimburch et Rûdolfus de Habspurch prepositi ratam habuissent et nunc de novo supradicte persone due Rûdolfus cocus et filius suus concessionem sibi factam et jus, quod habebant in officio prelibato, in alias duas personas virum discretum Hugonem Paularium et Hugonem filium suum duxerint transferendum, nos de consensu et consilio venerabilium in Christo confratrum nostrorum Cŵnradi decani et capituli facta nobis resignatione per Rûdolfum et filium suum predictos memoratum officium prefatis Hugoni et Hugoni ad tempus vite sue concessimus, ut altero ipsorum defuncto alter, qui superstes fuerit, et pro tempore vite nostre et pro tempore successoris nostri vel successorum, si plures medio tempore fuerint, possideat et habeat officium prelibatum. Ut autem concessio et conditio memorata a suprascriptis nostris confratribus approbata apud nos et successorem vel successores nostros rata permaneat atque firma, supradictorum capituli et nostro sigillis presens litera est munita. Dat. anno domini M°C°LXX°VII°, X. kl. marcii. Testes: decanus predictus, Heinricus scolasticus, Heinricus cellerarius et alii confratres, Burchardus notarius scolasticus sancti Petri, . . plebanus de Gempenon clerici nostri, Wernherus dictus Mŵlnhusen et alii quamplures. Nos Chonradus decanus et capitulum majoris ecclesie Basiliensis, ut premissum est, consensimus et presentis carte notarium subscribere jussimus sigillum nostrum presentibus appendentes.

Digitized by Google

217. *Arnold von Blotzheim schenkt dem Kloster St. Maria Magdalena Güter in Orschweier, Sulz und Blotzheim und alle seine Habe.* *Basel 1277 März 9.*

*Originale MM. n° 11ª (A) und n° 11ᵇ (A¹). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 113ᵛ. — * MM. K. fol. 28.*

Die beiden Ausfertigungen rühren von verschiedenen Schreibern her.

Auf der Rückseite von A und von A¹ von einer Hand des 15. Jh.: Diser brieff wüst wie uns herr Arnold von Blotzen vergobt hat etlich ligende gůtter in den bennen Sultz, Alswilr, so man jetz nempt Orswilr, und Blotzen.

Von den bei A an Schnüren hangenden sechs Siegeln sind nur diejenigen des Bischofs (n° 16), des Domstifts (n° 18) und des bischöflichen Officials (n° 36) vorhanden, letzteres zerschlagen.

Von den bei A¹ an Pergamentstreifen hangenden fünf Siegeln sind erhalten: 2. Stadt (n° 140). 3. † S . PLEBANI . DE . BI. . . . . BCVSTODIS . BA. *4. St. Maria Magdalena (n° 68).*

Omnibus Christi fidelibus presencium inspectoribus Arnoldus subcustos majoris ecclesie Basiliensis noticiam subscriptorum. Facilius ab humana elabuntur memoria, que non scriptorum et sigillorum testimonio perhennantur. Sciant ergo omnes, quos scire fuerit oportunum, quod ego Arnoldus subcustos predictus de rebus michi a deo collatis comparavi a viro discreto Wezelone de Alswilre triginta sex scados vinearum sitarum in banno Sultze[a]) et in banno Alswilre. In subscriptis vero locis site sunt vinee memorate: in monte Alswilre ze Maskridelbòme[b]) quatuor scadi, bi dem breitem Schatze[c]) scadi quatuor, bi vron Heilvn[d]) mattun scadi quinque, hinder hern Trvtin[e]) schůre scadi sex, ze Vőkelis[f]) agker scadi octo, in Mittelberge zem manewerche[g]) scadi tres, ze Gottes[h]) angesihte in duobus locis scadi sex, item duas domos contiguas domui magistri[i]) Nicholay[k]) in Basilea, item[l]) alterum dimidium manewerch pratorum, que erant Ottonis de Blatzhein[m]) militis felicis memorie, item territorium in villa Blazhein apud domum Boldelini, item tria jugera apud villam predictam, item in Alswilre curiam et vineas sitas ibidem.[n]) Quorum bonorum proprietatem sanus corpore, compos mentis, sponte et libere dedi et transtuli pure et simpliciter inter vivos vel eciam causa mortis vel quocumque alio modo, quo dicta donatio potest habere melius roboris firmitatem. . . priorisse et conventui sancte Marie Magdalene ad Lapides extra muros Basilienses, reservato michi pro tempore vite mee usufructu, qui usufructus per obitum meum vel cessionem voluntariam ad proprietatem predictorum bonorum plenissime revertatur perpetuo duraturus. Item nomine elemosine[o]) do,[p]) relinquo[p]) et dono[p]) per formam legati sive fidei commissi vel ultime voluntatis vel alio modo, quo-

217. a) Sulze *in A¹.* b) Maskridelbôme *in A¹.* c) Schaze *in A¹.* d) Heilun *in A¹.* e) Trutio *in A¹.* f) Vokelis *in A¹.* g) manewerch *in A¹.* h) gotes *in A¹.* i) ui m *auf Rasur in A¹.* k) Nycolai *in A¹.* l) i in Basilea, item *auf Rasur in A¹.* m) Blazheiu *in A¹.* n) curiam et suas vioeas ibidem *in A¹.* o) eslemosioe *in A¹.* p) *der letzte Buchstabe auf Rasur in A¹.*

Digitized by Google

cumque ultima voluntas effectum vel robur sortitur, omnia bona mea[q]) mobilia, inmobilia, corporalia,[r]) incorporalia, nomina sive debita, que obitus mei[s]) tempore habuero[p]) vel habebo[p]) in bonis. In hujus rei memoriam presens[t]) littera venerabilis patris ac domini H[einrici] dei gracia episcopi et capituli ecclesie Basiliensis necnon universitatis civium ac dominarum[t]) predietarum et meo est sigillorum munimine[u]) roborata. Actum sive datum Basilee, anno domini M̊CC̊LX̊X̊ septimo, VII.[v]) idus marcii. Nos eciam . . officialis curie Basiliensis ob speciales preces partium presentibus sigillum curie die prefata duximus apponendum.

218. *Der Streit des Stiftes St. Leonhard mit Johann Teufel wegen dessen Zugehörigkeit zum Stift und wegen dessen Vergabungen an dasselbe wird geschlichtet.* *Basel 1277 März 9.*

Original Lh. № 37 (A). — * *Lh. D. fol. 232.*

Am rechten Rande der Urkunde hat die Schrift durch Feuchtigkeit stark gelitten.

Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jh.: donacio Johannis dicti Tvfel, qua tres domos et omnia alia sua bona legavit et donavit ad altare inferius sub cappella sancti Oswaldi sita in cimiterio ecclesie sancti Leonardi *und von einer Hand des 15. Jh.:* institutio perpetue misse in cripta capelle sancti Oswaldi.

Die (an Bändern hängenden) Siegel fehlen.

Frater Heinricus miseratione divina Basiliensis episcopus omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Mota coram nobis questione inter dilectos in Christo . . prepositum et conventum ecclesie sancti Leonardi nostre civitatis ordinis sancti Augustini ex parte una et Johannem dictum zem Tuvel civem nostrum Basiliensem ex altera super eo, quod iidem prepositus et conventus dicebant ipsum Johannem expresse contulisse tam ecclesie sancti Leonardi quam personis inibi deo famulantibus se et sua, post multas altercationes et diversos tractatus hincinde habitos tandem eadem questio de mutuo consensu partium mediantibus nobis taliter est decisa: prepositus et conventus predicti recognoverunt Johannem eundem ad ordinem seu regularem ipsorum observantiam non teneri nec taliter eis personam ipsius astrictam esse, [ut non] possit in seculari habitu conversari. Ipse vero Johannes divine retributionis obtentu ac pro remedio animarum sue, parentum et progenitorum suorum omniumque fidelium defunctorum, quorum corpora in capella beati Oswaldi prope sanctum Leonardum requiescunt vel de cetero requiescent, donatione [inter viv]os libere contulit . . preposito et conventui ecclesie sancti Leonardi prefatis in nostra presentia et per eos ecclesie sancti Leonardi, specialiter tamen et expresse inferiori altari capelle sancti Oswaldi,

---

217. q) mea *auf Rasur corrigiert aus* nostra *in A*[1]. r) corporalia *in A*[1]. s) mei *auf Rasur in A*[1]. t) presens littera capituli majoris ecclesie Basiliensis necnon universitatis et dominarum *in A*[1]. u) munime *ohne Abkürzungsstrich in A*[1]. v) M̊C̊LX̊VII, septimo idus *in A*[1].

domos suas videlicet domum dictam zem Kvpherturne et domum ex opposito sitam ac domum dictam zer Walchvn, quam inhabitat, usufructu sibi dumtaxat in eis quamdiu vixerit retento, proprietate vero in ecclesiam sancti Leonardi et altare prehabitum transeunte, statuens et ordinans, ut post ejus mortem redditibus seu censibus ipsarum domuum ad ecclesiam sancti Leonardi et altare prehabitum pleno jure translatis prepositus ibidem, qui pro tempore fuerit, et ejus conventus sacerdotem unum ipsorum confratrem eidem altari deputent, qui singulis diebus illud officiet missam ante priorem sancti Leonardi missam cottidie celebrando sicque provideatur, ne ulla die contingat sacramentum misse nisi [ob causas] rationabiles intermitti, ad quod et ipsi prepositus et conventus se et ecclesiam suam voluntarie obligarunt. Insuper dictus Johannes donatione causa mortis omnes res suas mobiles ecclesie sancti Leonardi et altari prescriptis donavit et tradidit sub hac forma, quod liceat ei, quamdiu sanus est mente et corpore, ordinare de ipsis dando, restituendo, utendo, fruendo pro sue libito voluntatis; cum autem egritudinem inciderit, qua et moriatur, quicquid de rebus mobilibus habuerit vel inmobilibus, si quas inmobiles conquisierit in futurum, cedat integraliter ecclesie et altari sepedictis et mobiles in emptionem bonorum inmobilium convertantur ad uberiorem sustentationem sacerdotis inibi celebrantis, obligans et astringens se in manus nostras fide data nomine juramenti, quod hanc ordinationem seu donationem nullatenus revocabit, renuntians nichilominus in traditione seu donatione tam mobilium quam inmobilium prescriptorum omni juri, statuto seu consuetudini, municipalibus seu aliis quibuscunque, beneficio restitutionis in integrum et generaliter omni exceptioni seu defensioni, per quam eadem tradicio seu donatio posset in posterum infirmari. Et hec omnia taliter acta sunt et in manus nostras adeo firma stabilitate ratificata, quod, si etiam Johannes predictus uxorem duxerit et liberos legittimos procrearit, premisse tamen donationes seu traditiones mobilium et inmobilium robur obtineant firmitatis, et [si plac]uerit ipsi Johanni pro majori securitate salutis anime a secularium negotiorum cessare strepitu et cum . . preposito et conventu prefatis continuam facere mansionem, dicti prepositus et conventus ei, dummodo vitam ducat pacificam et honestam, necessaria tamquam uni ex suis concanonicis in claustro ministrabunt, etiam si stare voluerit in habitu seculari. Sed in hoc casu omnes res ipsius mobiles et inmobiles erunt ecclesie ad perpetuos redditus altaris prehabiti, mox ut statum istum elegerit, convertende deductis tamen ex rebus mobilibus debitis ipsius Johannis manifestis et non in fraudem contractis, que similiter deducenda sunt, si decesserit intestatus. In testimonium et evidentiam premissorum presens carta nostro et conmunitatis nostre Basiliensis sigillis est munita. Ego Johannes dictus zem Tuvel civis Basiliensis confiteor presentibus omnia prescripta vera esse et per me taliter acta, quemadmodum superius sunt narrata. Nos . . magister civium et consules Basilienses rogatu honorabilium virorum . . prepositi et conventus sancti Leonardi et Johannis predictorum sigillum conmunitatis Basiliensis huic carte duximus appendendum. Hujus facti testes sunt Lutoldus de Rôtelein archidiaconus Basiliensis

et Dietricus de Fine archidiaconus in Leimtal canonici Basilienses, Chv̊no de Ramstein, Petrus Scalarius, Rv̊d[olfus] dictus Dines, Mathias de Eptingen, Bvrch[ardus] Vicedominus, Bvrch[ardus] et Heinricus dicti de Argentina fratres milites, Heinricus de Rauenspurg dictus Brotmeister, Johannes Villici magister panis et Waltherus frater suus, V̊lricus scultetus ulterioris Basilee, Hvgo de Grandewilr et Johannes dictus Tuvelli et quamplures alii fide digni. Actum seu dat. Basilee, anno domini M̊CC̊LXX̊ septimo, VII. idus martii.

219. *Bischof Heinrich giebt den Bürgern von Klein-Basel eine Handfeste.* *Basel 1277 März 10.*

Originale St.Urk. n° 50 (A) und n° 51 (A¹).
Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.
Verfasst unter Benützung der Urkunde n° 146 von 1274 August 25.
An Seidenschnüren hangen je drei Siegel: 1. Bischof Heinrich (n° 16). 2. Domstift (n° 18). 3. Stadt (n° 140).

Wir brůder Heinrich von gottes gnaden bischof ze Basile tůn kunt alrmengelichem, daz wir die gnade, die ůnser[a] vorvar bischof Heinrich ůnseren lieben burgern von enrun Basile hat getan, gestetegen[b] mit ůnserm brieve uñ bezzern als hie nach geschriben ist. Wand die selben burger michel koste uñ arbeite an libe ande[c] an gůte han gehaht, daz si den selhen vleeken uñ die selben stat hant gebuwen uñ[d] gevestet unde noch vůrhaz mit ir kosten můzen buwen nnde vesten, so wellen wir, dur daz[e] si deste haz luste ze buwenne unde[c] da ze bellbeune, daz si ůns jergellch niht wand vierzec pfnnde pfenninge gehen sůlen ze gewerfe nnde die gehen sůln ze sancte[f] Martins mez unde[c] weder wir noch ůnser nahkomen me von inen vordern oder nemen sůlen ze gewerfe, wand diu selben vierzec pfunt, uñ[d] daz[e] ůns uñ[d] ůnser nahkomen der benůgen sol. Dar zů tůn wir inen die gnade, swen wir in ze schultheizen geben, daz der bi inen sol sezhaft sin, dur daz si deste baz verrihtet werden an allen dingen, so si oder die stât angat, unde sol diz ding ůns unde ůnsern nahkomen enhein schade sin an ůnseren geribten unde anderen rehten uñ[d] dienslen ze enren Basile, wand alleine an dem gewerfe. Were aber daz, daz si gegen ůns oder ůnseren nahkomen niht erkanden die gnade, die wir inen han getan, unde[c] bedehteclleh uñ gemeinlich ungehorsam wurden der rehte unde[c] der dienste, der si schuldic sint, so sol si dirre brief umbe daz gewerf nimme vervan, unde sol disiu gnade unde[c] disiu geseizde von dem gewerfe ahe sin unde umbe den schultheizen. Ze urkůnde diz dinges unde[c] daz diz stete belibe, so ist dirre brief besigelt mit ůnserm, ůnsers capitels[g] unde[c] ůnser stat von Basile ingesigeln. Diz geschach ze Basile, do von ůnsers herren Jesu Christi gebúrte waren zwelf hundert sůhenzc uñ sůben jar, an der nehsten mittewochen vor sancte[f] Gregorien mez. Wir C̊nrat der dechan un daz capitel gemeinlich von Basile kůnden alrmengelichem, swaz gnaden ůnser herre der vor genante hisehof Heinrieh ůnsern lieben den vorgenanten hurgern von enren Basile hat getan umhe daz gewerfe[h] unde umbe den schultheizen, alse hie vor geschriben lst, daz[e] daz unser gůt wille ist, unde[c] wellen, swer iemmer ůnser herre werde uñ bischof ze Basile, daz[e] der ez stæte habe. Ze urkůnde so henken wir ůnser iugesigel an disen brief. An disem dinge uñ der bestetegunge dirre vorgeschribenun gnadn waz mit mir

219. a) nnser *in A¹*. b) stetegen *in A¹*. c) uñ *in A¹*. d) unde *in A¹*. e) de *in A¹*. f) sante *in A¹*. g) cappitels *in A¹*. h) gewerf *in A¹*.

Cv̊nrade dem dechane i) von ûnserm capitel Livtolt von Rôtenlein, Peter der brobst von Megentze tûnherre ze Basile, Erkenurit k) der senger, Heinrich der schûlmeister, Heinrich dez Kamerers der keiner, Johans von Liestal, Johans liutpriester l) ze Woffenhein, Liutolt liutpriester ze Eggenhein, Wernher der Schaler, Dietrich am Orte, Rv̊dulf hern Kraftes, Hûg in dem Turne, Diethelme m) Gôli unde n) Heinrich der Kvchimeister tûmherren von Basile. Diz dinges, sn an diesem brieve geschriben ist unde o) gestetet vnn ûnserm herren bischuf Heinriche p) von Basile unde sime capitele, dez sin wir gezûge: ich Peter der Schaler dez jares burgermeister, Burkart von Strazburch, Gv̈nther der Marschalc, Burkart hern Kraftes, Nicholaus q) von Titizhein ritter vom rate, Cv̊nrat hern Lvdewiges, Johans von sancte r) Martin, Burkart zem Rosen, Heinrich Isenli, Albreht von Wûne, Peter der meier, Wernli Vv̈hseli, Hûg der rebeman, Heinrich Mertschant, Dietrich der zolner burger von dem rate. Dar über uñ d) daz diz stete belihe, so henken wir von der bette ûnsers herren bischof Heinriches dez vorgenanten ûnserre p) stette ingesigel q) an disen gegenwertingen r) brief zeim ewigem urkûnde dirre schrift.

220. Dominus H[ainricus] summus prepositus *und* magister H[ainricus] de Basilea officialis curie vicarii generales *des Bischofs von Konstanz bestätigen eine Schenkung des Ritters Heinrich von Homburg an das Kloster Salem.* *Konstanz 1277 März 14.*

*ZGO. 38, 44 nº 562 und CDS. 2, 174 nº 562, beide nach dem Original im GLA. Karlsruhe. — * Ladewig 2435.*

221. *Burchard, Sohn der Witwe des Ritters Wilhelm von Pfaffenheim, übergiebt sich und seine Güter dem Predigerkloster und vereinbart sich mit diesem über Rückgabe der Güter bei allfälligem Wiederaustritt.* *- 1277 April 7.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden nº 16 (A).
Das (eingehangte) Siegel fehlt.

Nos officialis curie Basiliensis notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod anno domini M̊CC̊LXXVI̊I̊, feria quarta post quasimodogeniti, constitutis coram nobis fratre Rv̊dolfo subpriore et fratre Johanne de Confluentia ordinis Predicatorum domus Basiliensis pro conventu dicte domus et Burkardo adolescente filio relicte quondam Wilnhelmi de Phaffenhe[in] militis dictus adolescens se et omnia sua ob spem retributionis eterne contulit ordini fratrum Predicatorum, prenominatis fratribus Rv̊dolfo et Johanne dictam liberalitatem recipientibus pro se et fratribus domus memorate, hoc tamen expresse acto, quod salvo anno prohationis, si predictus adolescens recederet ab ordine infra annum, integraliter omnia restituerentur in eum statum, quo fuerunt tempore collationis coram nobis facte, ita videlicet, quod

219. i) dechan *in A*¹. k) Erkenvrit *in A*¹. l) liupriester *in A*¹. m) Diethelm *in A*¹. n) Heinrich *in A*¹. o) Nicolaus *in A*¹. p) ûnser *in A*¹. q) ingesigele *in A*¹. r) gegenwertigen *in A*¹.

conventus dominarum de Vnderlinden, quibus dictus adolescens una cum fratribus prenominatis in continenti post collationem coram nobis factam de se et suis nomine suo et domus Basiliensis vendidit omnia bona, que tempore collationis predicte habebat, pro LX marchis argenti fratre Eberhardo procuratore dictarum dominarum nomine ipsarum emptionem contrahente, LX marchis a domo Basiliensi prefato conventui dominarum restitutis idem conventus dominarum restituet adolescenti bona prenotata. Acta sunt hec Basilee, presentibus Johanne Robario, Nicolao de Tytenshe[in], Henrico de Sulze dicto Rôselin et Henrico de Hagendal militibus, domino Rudegero sacerdote celebrante in ulteriori Basilea, magistro Heinrico de Wilon, Walthero dicto Ysener, Alberto de Ŵna, Wernhero de Husgôwe, Hunone[a]) de Ceruo et Hugone de Richenshe[in] necnon Hugone de Hanberc ac aliis pluribus fide dignis, anno et die supradictis.

222. *Das Stift St. Leonhard leiht dem Heinrich Joler ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1277 April 8.*

Original Lh. nº 38 (A). — * *Lh. D. fol. 159.* — * *Lh. B. fol. 76.*
* *Arnold 265.*
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Wernherus prepositus totusque conventus ecclesie sancti Leonardi Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, cum Nicholaus dictus Grempe domum, quam a Johanne dicto Forster de Lutra emerat,[a]) sitam in vico Sutorum a nobis pro annuo censu decem et octo denariorum jure hereditario possideret, ipsam domum in manus nostras liberaliter resignavit petens, ut eam Heinrico dicto Joler sub eodem jure et censu concedere curaremus. Nos igitur ad ipsius resignationem et petitionem prefatam domum ipsi Heinrico sub censu prehabito jure hereditario concessimus et per presentes concedimus perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presenti carte duximus appendendum. Testes: Heinricus de Honwalt, Cŵnradus de Vriburg, Otto dictus Berwart, Petrus dictus Buchel, Heinricus Orabpeis et Burch[ardus] dictus Joler et quamplures alii fide digni. Actum seu dat. Basilee, anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊ septimo, VI. idus april.

223. *Der Predigerprovincial bestätigt einen Güterverkauf des Predigerklosters.* *Basel 1277 April 10.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden nº 13 (A).
Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: Bollewilre.
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Devotis in Christo . . priorisse et sororibus de Columbaria frater Ûlricus prior et servus fratrum ordinis Predicatorum per Teuthoniam salutem in

---

221. a) *so in A.*
222. a) *nach* emerat *folgt noch* a nobis *durch Punkte als getilgt bezeichnet in A.*

domino sempiternam. Cum . . prior et conventus Basilien[ses] vobis bona vendiderint ipsis ex parte Burchardi de Pfaphenheim[a]) coram officiali Basiliensis curie assignata, ipsam venditionem confirmo et ratam habeo per presentes. In hujus rei testimonium sigillo officii mei presentem paginam conmunivi. Actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXXVII, IIII. idus aprilis.

224. *Das Stift St. Leonhard leiht Heinrich, dem Sohne der Greda, drei Teile eines Hauses zu Erbrecht. Basel 1277 April 13.*

*Original Lh. n° 39 (A). — * Lh. D. fol. 147½. — * Lh. B. fol. 52. Arnold 346 nach A.*

Eingehängtes Siegel von St. Leonhard (n° 48).

Universis presentium lectoribus Wernherus prepositus et conventus sancti Leonardi in Basilea salutem in domino. Noverint universi, quod magister Heinricus dictus Chv̊chelin canonicus Constanciensis tres partes domus in monte sancti Leonardi in angulo nostri cimiterii, que ab ecclesia nostra pro annuo censu videlicet trium solidorum et sex denariorum habetur, cujus totalis successio in quinque personas pro equalibus portionibus et pro indiviso devenerat[a]), quasque tres partes idem magister H[einricus] a tribus personis, quibus jure hereditario obvenerant, sibi titulo conparaverat emptionis, in manus nostras libere resignavit. Nos itaque ad petitionem ipsius de consensu conventus nostri adhibita omni observatione consuctudinis ac juris, que circa talia in ecclesia nostra consuevit observari, predictas tres partes dicte domus Heinrico filio Grede et E[rkenfrido] cantori Basiliensi nomine predicti H[einrici] nulla condicione vel modo adjecto pro annuo censu scilicet trium solidorum cum dimidio concessimus possidendas[b]); unus solidus solvitur nobis in die Germani martiris, unus in die Gerdrudis virginis, unus in cena[c]) domini, dimidius in die Johannis baptiste. Quod si ipsum H[einricum] filium Grede premori contigerit, ipse tres partes domus eodem jure, quo eam ante resignationem tenebat, libere ad magistrum H[einricum] predictum canonicum Constanciensem revertantur a nobis recipiende. Si vero tam magister H[einricus] quam H[einricus] filius G[rede] superstite Greda rebus humanis exempti fuerint, ipse tres partes domus predicte ad ipsam G[redam] cum honore prestationis ita devolventur, quod, si eas usque ad diem sue mortis pro suis necessitatibus non alienaverit, ea defuncta pro remedio animarum ipsius magistri H[einrici] et H[einrici] filii Grede ac ipsius, ut dies anniversarius[d]) ipsorum in ecclesia sancti Leonardi memoriter haberi debeat, et ad ipsam ecclesiam revertantur. In cujus rei testimonium nos prepositus sancti Leonardi sigillum nostre prepositure presentibus duximus appendendum. Testes huic resignationi et facto interfuerunt magister Chv̊no canonicus

---

223. a) f *aus* h *corrigiert und* ein *auf Rasur in A.*

224. a) devant *mit* er-*Zeichen darüber in A.* b) possidendam *in A.* c) cana *in A.* d) *corrigiert aus* anniversariorum *in A.*

ecclesie sancti Petri, dominus Marquardus de Biedirtan, magister P. de Monasterio, dominus P. et H. canonici ecclesie sancti Leonardi et alii quamplures fide digni. Actum in ecclesia sancti Leonardi, anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊VII̊, tercia feria ante dominicam, qua cantatur jubilate.

225. *Albert von Strassburg verkauft dem Kloster Lützel Güter zu Attenschweiler.* *Basel 1277 April 24.*

Originale im BA. Kolmar, Lützel nº 1307 (A und A¹).
Die beiden Ausfertigungen rühren nicht von demselben Schreiber her.
An A fehlen die (hangenden) Siegel.
An A¹ hängen an Schnüren zwei Siegel: 1. Peter Schaler (nº 106). 2. Stadt (nº 140).

Universis presentem literam [a]) inspecturis Petrus Shalarius [b]) miles scultetus idemque magister civium et consules Basilienses noticiam rei geste. Noverint universi presentes et posteri, quod Albertus filius quondam domini Alberti dicti de Argentina militis Basiliensis possessiones suas apud Attemswilr [c]) sitas videlicet curiam superiorem cum suis pertinentiis [d]) solventes annuatim novem verincellas [e]) siliginis, spelte et avene equaliter viris religiosis . . abbati et conventui de Lúcela [f]) Cistertiensis ordinis [g]) juste et legaliter vendidit pro certa summa pecunie [h]) viginti marcis argenti. Et constitutus in presentia nostra in forma judicii presidente Hugone de Gundolstorf vicesculteto profitendo se dictam pecuniam recepisse et in usus proprios convertisse prefatas possessiones antedictis religiosis et suo monasterio immo nomine ipsorum fratri Chononi de Attemswilr [i]) tradidit et donavit sentencialiter pleno jure promittens nichilominus debitam warandiam et renuncians omni exceptioni et actioni, que posset obici vel moveri contra venditionem memoratam. In cujus facti memoriam rogatu prenominati venditoris et predictorum religiosorum cmentium sigillis nostris videlicet sculteti et civitatis presens litera [k]) est munita. Testes: [l]) Johannes et Chonr[adus] [m]) frater suus dicti Rovbarii, [n]) Heinricus dictus Pfaffo, [o]) Heinricus der Kindon [p]) milites, Hugo Paularius, [q]) Johannes magister panificum, Petrus frater ejusdem, Johannes de Arguel, Chonr[adus] [m]) advocatus de Blatshein, [r]) Chonr[adus] [m]) scultetus de Blatshein, [r]) item Wernherus, Heinricus, [s]) Rvdolfus et Johannes fratres laici de Attemswilr [c]) filii Heinrici a dir Mattun, [t]) item Heinricus [s]) villicus de Ramspach, Rodolfus imme Hove [u]) de Ramspach, Heinricus [s]) dictus de

225. a) litteram *in A¹*. b) Schalarius *in A¹*. c) Atmeswilr *in A¹*. d) pertinentiis, videlicet uno manwerch pratorum sito in dem Ingelere et XXV jugeribus agrorum sitorum in banno Atmeswilre assignatorum curie prelibate per divisionem rite factam ab eodem Alberto et C[onrado] dicto Welpherman de Barra milite, socero suo nomine filie sue, adhibito consilio discretorum, solvenies *in A¹*. e) vierdencellas *in A¹*. f) Lucela *in A¹*. g) ordinis compulsus articulo necessitatis inevitabilis juste *in A¹*. h) pecunie scilicet *in A¹*. i) Chononi magistro de Atmeswilr *in A¹*. k) littera *in A¹*. l) Testes autem *in A¹*. m) Conr[adus] *in A¹*. n) Robarii *in A¹*. o) Henricus dictus Phaffo *in A¹*. p) Henricus der Kinden *in A¹*. q) Bawilarius *in A¹*. r) Blatzhein *in A¹*. s) Henricus *in A¹*. t) Henrici an der Mattun *in A¹*. u) im Hone *in A¹*.

Haltingen de Ramspach et alii quamplures. Act. Basilee, anno domini M°CC°LXXVII°, in crastino beati Georgii martiris. Ego Albertus de Argentina prenominatus, ut supra narratum est, vendidi, tradidi et donavi et presentem literam a) procuravi et pecii sigillari in testimonium veritatis.

226. *Albert von Strassburg und Konrad Wetpherman verkaufen dem Kloster Lützel Güter zu Attenschweiler.* *Basel 1277 April 26.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 1308 (A).
Das (hängende) Siegel fehlt.

Officialis curie Basiliensis universis presentes literas inspecturis noticiam subscriptorum. Constituti in nostra presentia Albertus filius quondam domini Alberti dicti de Argentina militis civis Basiliensis et Conradus dictus Wetpherman de Barra confessi sunt se rite vendidisse abbati et conventui monasterii Lucelensis bona predicti A[lberti] sita in Atmeswilr et banno ejus videlicet curiam superiorem et unum manwereh pratorum situm im Ingelere cum XXV jugeribus agrorum spectantibus ad eandem pro XX^{ti} marcis argenti eisdem integraliter assignati. Promiserunt etiam se efficaciter uxorem dicti Alberti inducturos ad consentiendum et approbandum contractum et divisionem factam de bonis prefatis ab Al[berto] et C[onrado] supradictis; quod si ipsa differret diucius debito vel nollet facere, prefati a) A[lbertus] et C[onradus] statim in Basileam se recipient inde minime exituri, donec eadem consensum suum adhibuerit firmum, liberum et expressum. Insuper ad servanda firmiter omnia contenta b) in originali instrumento super contractu confecto et sigillis sculteti et civitatis Basiliensis sigillato quod vidimus, legimus et eis vulgariter exposuimus, se fideliter obligarunt, rogantes super hiis omnibus presentem literam confici et sigillo c) nostre curie sigillari. Nos igitur annuentes eorum precibus videlicet vendentium et ementium sigillum nostre curie presentibus appendi fecimus in testimonium premissorum. Dat. et act. Basilee, anno domini M°CC°LXXVII°, indictione quinta, in crastino beati Marci ewangeliste.

227. *Die Ritter Burchard und Heinrich von Strassburg bekennen, dass ihnen an den von ihrem Neffen Albert von Strassburg dem Kloster Lützel verkauften Gütern zu Attenschweiler kein Recht zustehe.* *Basel 1277 April 26.*

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 76 (A).
Zwei eingehangte Siegel des Burchard von Strassburg (n° 117).

Nos Burchardus et Henricus dicti de Argentina milites cives Basilienses tenore presentium profitemur, quod in allodio seu bonis sitis in Atmeswilr et in banno ejus videlicet in superiori curia et uno manwereh pratorum

226. a) *corrigiert aus* prefatum *in A.* b) contenta *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* c) *corrigiert aus* sigillis *in A.*

sitorum im Ingelere cum viginti quinque jugeribus terre arabilis spectantibus ad curiam antedictam, que nepos noster . A[lbertus] filius quondam Alberti de Argentina militis fratris nostri viris religiosis abbati et conventui Lucelensi pro XX^{ti} marcis argenti rite vendidit, nichil juris nobis aut nostris heredibus competit, quo possimus vel debeamus nos predicto contractui in toto vel in parte opponere aut ipsum ad presens vel in posterum rescindi vel infirmari per nos aut per alios procurare. In cujus rei testimonium sigilla nostra appendimus huic scripto, quod prefatis viris religiosis tradidimus ad predicti contractus robur validius et munimen. Dat. Basilee, anno domini M̊CC̊LXX̊VII̊, in crastino beati Marci.

228. *Ritter Johann von Eptingen verkauft dem Kloster Olsberg Güter zu Füllinsdorf. Unter den Zeugen:* R[einherus] cantor ecclesie sancti Petri Basiliensis . . .

Datum et actum Basilee in atrio majoris ecclesie.

Basel 1277 April 26.

Boos 89 n° 130 nach dem Original im StA. Aarau.

229. *Das Stift St. Leonhard leiht dem Ulrich von Allschwil und dessen Frau und Kindern Güter daselbst.*

Basel 1277 April 26.

Abschrift von 1290 in Lh. A. fol. 90^{v} (B).

Wernherus prepositus et conventus ecclesie sancti Leonardi Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Noverint universi, quod nos bona nostra apud Almswilr, que olim felicis memorie V̊lricus quondam villicus de Almswilr coluit, ad resignationem Heinrici nune villici diete ville eadem bona hactenus colentis V̊lrico de Almswilr filio fratris ipsius Heinrici et Hemme uxori sue necnon liberis eorumdem pro annuo censu novem vierdencellarum spelte et quinque vierdencellarum avene et duorum pullorum concessimus et per presentes concedimus, sub hac forma videlicet, quod, quamdiu iidem V̊lricus, Hemma et liberi eorum predicta bona justo debitoque modo coluerint et censum nobis statutis temporibus, prout congruum et honestum fuerit, persolverint, nos ipsos ea tamquam colonos colere permittamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum seu datum Basilee, anno domini M̊CC̊LX̊X septimo, VI̊. kalen. maii.

230. *Graf Diebold von Pfirt leiht den Hof und Kirchensatz zu Rodersdorf, welche bisher* Ulrich von Ratelsdorff ein ritter von Basil *innegehabt, dessen Vettern* hern Johanse und hern Werner von Rapereh rittern von Basil. — *1277 April 30.*

Schöpflin 2, 15 n° 712 nach dem Original irrig zum 21. Mai = Trouillat 2, 282 n° 223.

231. *Propst Johann von Luzern leiht dem Kloster Klingenthal Land zu Bellingen.* *Basel 1277 Mai 8.*

Original Kl. n° 75 (A).

Auf der Rückseite der Urkunde von einer Hand des 13. Jh.: von dem von Eschebach un̄ sin wirtin.

Eingehängtes Siegel: † S . IOHANNIS . . . POSITI . LVCERENSIS.

Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis Johannes prepositus de Luceria ordinis sancti Benedicti noticiam subscriptorum. Noverint universi et singuli, quos id nosce fuerit oportunum, quod nos schûposam vulgariter dictam schûpos sitam in banno Bellicon, quam Gûta dicta Wislin civis Basiliensis defuncta jure hereditario a nobis habebat, reverendis in Christo . . priorisse et conventui dominarum de Klingendal ordinis Predicatorum cum omni jure, quo alie schûpose site in eodem banno conceduntur, concessimus et concedimus per presentes fratre Johanne procuratore predictarum dominarum dictam concessionem a nobis nomine ipsarum priorisse et conventus recipiente. Item sciendum est, quod fratre Johanne procuratore predicto moriente nos, si tunc vixerimus, vel alter prepositus loco nostri constitutus alie persone vel fratri dictam schoposam cum omni jure, quo alie schopose in predicto banno Bellicon site conceduntur, ut est premissum, concedemus qualibet reclamatione non obstante. In cujus rei testimonium, et ut ea que premissa sunt robur firmitatis obtineant, sigillum nostrum presentibus dedimus appendendum. Datum Basilee, anno domini M°CC°LXXVII°, VIII. idus maii, indictione V^a^.

232. *Der Weihbischof von Konstanz verheisst den Besuchern der Kirche St. Theodor in Klein-Basel Ablass und bestimmt den Tag der Kirchweihe.* *— 1277 vor Mai 16.*

Original Th. n° 2 (A).

* *Ladewig n° 2426.*

Das Datum ergiebt sich mit Rücksicht darauf, dass Papst Johann XXII. am 16. Mai 1277 gestorben ist.

Das an einer Schnur hängende Siegel ist stark beschädigt.

Frater Inzelerius ordinis[a]) Heremitarum sancti Augustini dei gracia Buduensis episcopus vices gerens venerabilis patris ac domini R[udolfi] dei gracia Constantiensis episcopi in consecracionibus ecclesiarum sue dyocesis universis Christi fidelibus presentem literam inspecturis salutem in virginis filio piissimo Jesu Christo. Quamvis omnibus locis deo consecratis beneficium promocionis impendere teneamur, maxime tamen hiis, que per manus nostras consecracionem obtinent et juvamen. Cum igitur ecclesia parrochialis extra muros civitatis Basiliensis Constantiensis dyocesis cum altare majori sit[b]) specialiter in honorem sancti Theodori martyris ac beatissimi apostoli

232 a) ordinis *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* b) in honorem *vor* specialiter *durchgestrichen in A.*

Digitized by Google

Andręę[c]) atque beate virginis Katherine consecrata, quam speciali promocione et honore prosequi volumus, ut tenemur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui dictam ecclesiam et altare causa devocionis visitaverint, quocienscumque a prima dedicacionis die quam ad octavam et sic de anno ad annum, quadraginta dies criminalium et centum venialium de omnipotentis dei gracia et sue sanctissime genitricis necnon omnium sanctorum atque nostri officii de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus. Statuimus eciam dedicacionem predicte ecclesie in octava pasche perpetuo celebrari. Et ut hec pateant esse vera, presentem literam sigilli munimine fecimus roborari.[d]) Et hoc in anno domini M̊CC̊LX̊XVII̊, indictione V[a], temporibus domini Johannis papc XXI̊. anno primo.

233. *Ritter Peter im Thurn bekennt, Güter im Birsfeld vom Kloster St. Alban zu Erbe empfangen zu haben.*

Muttenz 1277 Mai 27.

Originale Al. n° 29[a] (A) und n° 29[b] (A[1]). — Abschriften von A in Al. C. fol. 22[a] (B), von A[1] ebendort fol. 20 (B[1]).

Boos 20 n° 38 nach A und A[1] irrig zu 1227 Mai 27. Hier ist zu lesen S. 20 Z. 37: neglienciam; *Z. 38:* aliquod; *S. 21 Z. 1:* neglienciam; *Z. 8:* Flůtbach; *Z. 12:* est munita; *Z. 13:* kl; *Z. 15:* V̊lricus; *Z. 16:* curtim *statt* turrim.

Die beiden Ausfertigungen sind von derselben Hand, nur A viel sorgfältiger geschrieben. A[1] weicht gegenüber A ab, ausser in den von Boos 21 Anmerkung angeführten Stellen auch noch S. 20 Z. 34: Mutenze; *S. 21 Z. 9:* Sidenman; *Z. 17:* titulo; *Z. 20:* caractere. *Überdies ist in A[1] der Schlusssatz* Et sciendum *bis* absoluti *mit der sorgfaltigen Schrift, in welcher A geschrieben ist, nachgetragen.*

In beiden Stücken ist das Datum später durch Radieren geändert worden und zwar in A zu MCCXVII *mit* X *auf Rasur, in A[1] zu* MCCXXVII *mit einer Lücke vor* XX, *in der man aber die Reste eines* L *noch wohl erkennt. Zu 1277, nicht aber zu 1227, gehören auch die in der Urkunde vorkommenden Personen.*

An A und A[1] hängen an Bändern je drei Siegel: 1. Bischöflicher Official (n° 36). 2. Ulrich von Frick (n° 122). 3. Peter im Thurn (n° 120).

234. *Ritter Ulrich Macerel genannt von Frick leiht dem Johann Helbling Zinse von der Mühle zur Walke.* — *1277 Juni 11.*

Original Kl. n° 76 (A).

Arnold 347 nach A.

Zwei eingehängte Siegel: 1. Graf Rudolf von Tierstein (n° 86). 2. Ulrich von Frick (n° 122).

Ego V̊lricus Macerel miles dictus de Vricke notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego redditus quinque solidorum annuos,

232. c) beatissimi apostoli Andręę *von gleicher Hand auf Rasur in A.* d) robori *in A.*

quos habui in molendino seu alveo dicto vulgariter dem Tîche in civitate Basiliensi in loco dicto zir Walchvn, quos inquam redditus in feodum teneo a nobili viro domino meo Rodolfo comite de Tierstein, de consensu et bona voluntate ejusdem comitis immo ipso auctorante et ratificante concessi in feodum Johanni dicto Helbelinch civi Basiliensi hac expressa conditione, ut ipse et omnes sui successores sive masculini sive feminini sexus in feodum possideant libere redditus antedictos. In cujus facti memoriam presentem literam sibi tradidi predicti domini mei comitis et meo sigillis roboratam. Testes: Heinricus et Johannes fratres mei, Petrus de Turri miles et alii. Act. anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊VI̊I̊, III. idus junii. Nos Rodolfus comes de Tierstein prenominatus, ut supra narratum est, consensimus et ordinavimus sigillo nostro presentem literam in testimonium consignantes.

235. *Bürgermeister und Rat von Basel beurkunden, dass Burchard Mordere sich gegen die Stadt Strassburg für eine Forderung bezahlt erklärt habe.* *Basel 1277 Juni 23.*

UBStr. 2, 38 nº 57 nach dem Original im Stadtarchiv Strassburg.

Burcardus dictus de Argentina magister civium et consules Basilienses notum facimus universis et publice protestamur, Burcardum dictum Mordere nostrum concivem dimisisse universos cives Argentinenses et singulos absolutos et quittos de omni debito, videlicet quindecim librarum denariorum Argentinensium, in quibus sibi dicta universitas civitatis Argentinensis fuerat racionabiliter obligata, confitens se easdem quindecim libras a predictis civibus Argentinensibus integraliter recepisse tam per se quam per Bertholdum de Almswilre, cui de eadem summa per dictos cives Argentinenses tredecim libre denariorum Argentinensium predicti Burcardi nomine sunt integraliter assignate. In quorum testimonium sigillum nostrum presenti cedule est appensum. Datum Basilee, in vigilia Johannis baptiste, anno domini *1277*.

236. Domini Chûnradi decani sancti Petri *Zeuge in der Urkunde des Domherrn Heinrich Kämmerer.* *Hersberg 1277 August 2.*

Boos 91 nº 133 nach dem Original im StA. Aarau.

237. *Die Kirche St. Martin und das Kloster Blotzheim tauschen Güter zu Michelfelden und Hüningen.* *1277 August 25.*

Original im BA. Kolmar, Lützel nº 16 (A).

Vier an Bändern hängende Siegel: 1. † S . OTTONIS . P . . . . . ENSIS. *2.* . . . . . ABBATISSE . MAGNI . CAM . . . *3.* † S . . . LARII . CAN . . . . *4. zertrümmert.*

Nos magister Otto prepositus majoris ecclesie Basiliensis vices gerens venerabilis patris fratris Heinrici dei gratia Basiliensis episcopi notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod dilectus noster concanonicus Wernherus dictus Shalarius rector ecclesie sancti Martini in Basilea

et cappelle de Hŷningen ad jam dictam ecclesiam pertinentis cum religiosis in Christo . . abbatissa et conventu sororum de Blatsheim ordinis Cistertiensis permutationem quorundam agrorum infra scriptorum provida deliberatione celebravit, que visa est tam sue ecclesie quam predictis sororibus expedire, videlicet: ipse rector contulit eisdem sororibus unum agrum uf dem Reine et alterum agrum underm Reine sitos juxta curiam predictarum sororum apud Michelvelt, qui ambo agri ad dotem cappelle de Hŷningen pertinentes ad quinque jugera estimantur; prefate vero sorores e converso contulerunt sibi et cappelle sue de Hŷningen juxta villam Hŷningen hinder dem Graben tria jugera apud agrum illius de Binzheim et duo jugera an dem Altwile juxta agrum dicti Pfaffen sita titulo permutationis utrimque perpetuo possidenda. Ut autem permutatio prelibata, que permutantibus utilis est et expediens, utrobique et de nostro, qui dyocesani vices gerimus, et . . prioris sancti Albani patroni ecclesie sancti Martini consensu celebrata permaneat inconvulsa, sigillo nostro rogatu permutantium una cum prioris ac eorundem permutantium sigillis presens litera est signata. Actum anno domini M°CC°LX°XVII°, VIII. kl. septembr. Nos Stephanus prior sancti Albani antedicte permutationi consensimus et sigillum nostrum apposuimus in testimonium veritatis. Nos abbatissa prenominata et Wernherus Shalarius canonicus Basiliensis antedictus propter utriusque nostrum commodum et utilitatem, ut prenarratum est, permutavimus et sigilla nostra apposuimus in evidentiam premissorum.

238. *Ritter Kourad von Uffheim und seine Brüder verzichten gegen Heinrich Bottminger auf das Vogteirecht an Gütern zu Kappeln und Zeisweiler.* — *1277 September 6.*

Original im BA. Kolmar, Lützel (Kappeln) n° 1277 (A).
Die (an Bändern hangenden) Siegel fehlen.

Universis presentem literam inspecturis Petrus dictus Shalarius magister civium et consules Basilienses noticiam rei geste. Noverint universi, quod venit ad presentiam nostram dominus Chonradus de Vfhein miles concivis noster unâ cum fratribus suis omnibus et actionem seu inpetitionem, quam movit Heinrico dicto Botminger concivi nostro super eo, quod de bonis seu possessionibus ejusdem Heinrici sitis in banno de Kappelle et de Ceizwile jus advocatie exegit, simpliciter et absolute remisit et tam ipse quam fratres sui, recognoscentes se nullum jus advocatie in possessionibus premissis tenere, cesserunt actioni et impeticioni prefate. In cujus facti memoriam rogatu partis utriusque sigillum nostrum unâ cum sigillo predicti militis est appensum. Testes: Guntherus Marscalcus, Burch[ardus] de Argentina, Nicolaus de Titensheim, Burch[ardus] Craftonis milites de consilio, Chonradus Ludewici, Johannes de sancto Martino, Burch[ardus] ad Rosam, Albertus de Gŵnach, Petrus villicus, Hugo rebman, Heinricus Isenlin, Dietricus Monetarii, Hugo Progant cives de consilio et alii. Act. anno domini M°CC°LX°XVII°, VIII. idus septembr.

Digitized by Google

239. *Ritter Kuno von Ramstein verkauft dem Kloster St. Alban Güter zu Pratteln.* *Basel 1277 September 26.*

Original Al. nº 31 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 147 (B).

Boos 93 nº 134 nach A. Hier ist zu lesen Z. 18: Clùniacensis; *Z. 29:* protestamur; *Z. 31:* Dat. *und* kl. oct.

An Bändern hängen zwei Siegel: 1. Bischöflicher Official (nº 36). 2. Kuno von Ramstein (nº 93).

240. *Das Kloster Blotzheim und der Chorherr Ludwig von St. Peter tauschen Güter.* — *1277 Dezember 4.*

Originale im BA. Kolmar, Lützel nº 17 (A und A¹).

Die Urkunde ist in zwei von verschiedenen Händen geschriebenen Ausfertigungen erhalten.

Je zwei eingehangte Siegel, von welchen je eines fehlt. Es sind noch vorhanden an A: . . . . BBATISS . . . GNI . CAMPI; *an A¹: das schwerbeschädigte Siegel des Dompropsts.*

Magister Otto prepositus majoris ecclesie Basiliensis omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Noverint universi, quod religiose in Christo . . abbatissa et conventus de Blatshein[a]) ordinis Cisterciensis ex una parte et Ludewicus[b]) canonicus saneti Petri Basiliensis eum suis coheredibus et consociis in hac parte videlicet Chonrado[c]) et Margareta, Mechtildi[d]), Irmendrudi consanguineis suis ex parte altera de nostro consensu super possessionibus prepositure, quas utrimque a prepositura possident, eonmutationem seu permutationem utrique parti expedientem et prepositure nostre innocuam immo utilem, sieut didicimus proborum relatu, celebrarunt in hunc modum: prefate abbatissa et conventus contulerunt Ludewico[e]) et socüs suis agrum, cujus sunt duo jugera et dimidium inferius juxta locum dictum Bürgelin, item dimidium jugerum in der Chŵminun, item amme Staltun dimidium jugerum; ipse vero Ludewicus[b]) eum suis consocüs contulit eisdem religiosis agrum situm juxta curiam eorum Michelvelt, cujus sunt duo jugera et dimidium,[f]) hinc et inde salvo jure prepositure nostre perpetuo[f]) possidenda. In hujus itaque permutationis testimonium presens litera nostro et . . abbatisse sigillis est munita, quibus sigillis Ludewicus[b]) eum suis consocüs est contentus. Act.[g]) anno domini M̊CC̊LX̊XVII̊, II.[h]) non. decembr.[i])

241. *Rat, Bürgermeister, Vogt und Schultheiss von Basel sichern dem Kloster Klingenthal zu, dass es vor keinem andern weltlichen Gerieht als vor ihnen zuständig sein solle.*

Basel 1277 Dezember 25 — 1278 September 23.

---

240. a) Blazhein *in A¹*. b) Lùdewicus *in A¹*. c) Chŵnrado *in A¹*. d) Mechthildi *in A¹*. e) Lùdewico *in A¹*. f) dimidium, salvo jure prepositure nostre hinc et inde perpetuo *in A¹*. g) Actum *in A¹*. h) secundo *in A¹*. i) decembris *in A¹*.

Digitized by Google

Original Kl. nº 80 (A). — Abschriften in VOB. von 1441 Januar 17 in zwei verschiedenen Ausfertigungen Kl. nº 2000 (B) und nº 2001 (B¹), von Wurstisen in WCD. fol. 15 (B²) und (hienach?) aus dem 16. Jh. in ChA. C. pag. 211 (B³); deutsche Übersetzung in Kl. S. fol. 11.

Wackernagel 2, 363 nº 8 nach A. — Trouillat 2, 310 nº 235 nach B¹. — Auszug bei Ochs 1, 440.

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: daz wir burgerrecht han ze Basel.

An Pergamentstreifen hängt das Stadtsiegel (nº 140).

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos . . consules, magister civium, advocatus et scultetus civitatis Basiliensis salutem in omnium salvatore. Quia ignorantia rugosa mater erroris plurimos jam dejicit, decipit et decepit in tantum, quod etiam nonnulli quasi ceci palpitantes offensis membris turbare pacem capitis non agnoscunt lesisque partibus in totam universitatem inpingere non formidant, idcirco tenore presentium volumus esse notum et conmuniter protestamur, quod sanctitatis filie venerabiles et in Christo dilecte sorores ordinis fratrum Predicatorum dicte de Klingental civitatis nostre cives in desiderio salutis eterne pro bono conmunitatis nostre sine intermissione domino famulantes non solum omni libertate civili civitatis nostre gaudent, immo ipsas ut oculorum nostrorum pupillas diligentius in omnibus custoditas in nullo seculari judicio preter quam coram nobis, quantum in nobis est, volumus et permittimus conveniri. In cujus rei testimonium sigillum civitatis nostre conmuni consilio et favore presentibus duximus apponendum. Datum in Basilea, anno domini M°CC°LXXVII°, indictione VI.

242. *Lehensrevers* auf grafen Diepolden von Pfirt von herrn Burckharten und herrn Berchtolden Vitzthumb von Basel umb das burgstal ob Reinegk in Leimtal und den berg genannt das horn ob Reinegk.

— *1277* —

* *Schatzarchivrepertorium des 16. Jh. 1, 211 im Statthaltereiarchiv zu Innsbruck.*

243. *Des Johann von Butenheim Witwe schenkt dem Kloster St. Clara ihr Gut zu Ober-Michelbach. Landser 1278 Januar 13.*

*Original Cl. nº 17 (A). — * Cl. J. pag. 295.*

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel: 1) Johann von Butenheim (nº 130). 2. . . . . . RADI . W . . NHE . . . . . .

Ich vro Berchta hie vor huswirtin hern Johanss seligen von Bůtenhein tůn kunt allen, die nu sint alder harnach werdent, die disen brief lesent oder hôrent lesen, das ich dien erberen vron Mechthilt der ebtissenne uñ aller der samenunge von sante Claren ze Basel schuldich was ewiges geltes XL viertel habern uñ roggen von miner lieber stiefstocter von Heitwilr, dú swester ist der selbun samenunge. Want aber ich des selben geltes nicht mochte geweren als ich solte, do gab ich uñ gibe dem selben kloster

stêtes geltes XX vierdenzal dinkels ze oberen Michelbach, das ich von minem vatter redelich uñ unversprochen geerbet han, unde gab uñ gibe das selbe gût uf mit aller miner kinden hant unde lidiger vertegunge brûder Heinriche von sante Claren an der samenunge uñ des closters stat in ir gewalt unde ir gewer. Unde santte minen gewissen botten mit dem selben brûder Heinrich ze Michelnbach zû dem meiger, der uf dem gûte saz, unde gab der selbe meiger mornendes das uf brûder Heinrich, uñ enphiench es der selbe brûder Heinrich an des klosters stat von sante Claren vor den lûten allen, unde enphiengen das gût von brûder Heinrich die selben, die es êe hatten, in dem selben recte, als es och ê was gesezzet. Uñ ze hant do dis beschach, do zoch brûder Heinrich das selbe gût mit allem recte ane alle wider rede in des klosters gewalt mit geluten glogen nach des landes sitte. Dis tet ich mit aller miner kinden hant ze Landesere vor der burg uf der brugge, vor hern Rûdiger dem scriber heren Chŵnrat Wernhers von Hatstat des landes vogetes, der da ze richter wart gesezzet an sines herren stat dur das, das disu sache veste were, wand si geschach vor gerichte. Dis beschach an sante Hylarien tach, do man zalte von unsurs herren geburt zewelf hundert unde acht uñ sibinzich jar, vor hern Rûdiger dem scriber uñ do richter unde hern Peter dem schafener von Altkilch uñ Rûdolf des scribers thocterman uñ hern Heinrich von Waldbach unde Johans dem Kvchimeister unde dem meiger von Schlierbach uñ Bvrchart dem Kalwen uñ dem lûpriester von Landesere uñ Gerhartte unserm knechte unde andren erberen lûten, der warheit gelobsam ist an allen dingen. Unde das dis iemer stete belibe, so ist dirre brief besigelt mit mines sunes Johannes ingesigele unde och mit hern Chŵnrat Wernhers von Hadestat des lantvogites von miner bette. Wir her Chŵnrat Wernher von Hatstat der lantvogit gebin unser ingesigele an disen brief ze eineme ewigen urkunde diser dingen.

244. *Das Stift St. Peter leiht dem Bäcker Heinrich Ömil ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1278 Januar 23.*

Original Pt. nº 56 (A).
Eingehängtes Siegel von St. Peter (nº 40).

Nos Chonradus prepositus, Chonradus decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod Rodolfus dictus Grimel pistor jus suum, quod habebat in domo pistrina sita Spalon juxta domum Botshonis, quam domum ipse tenuit a nobis sub jure hereditario et annuo censu quadraginta solidis denariorum, Heinrico dicto Ômil pistori de nostro consensu vendidit et in eum transtulit nobisque dictam domum publice resignavit. Igitur domum ipsam suprafato Heinrico concessimus ad requisitionem antedicti Rodolfi sub jure et censu prenominatis perpetuo possidendam. Et sciendum, quod pro censu intraio, qui vulgo dicitur ershaz, quinque solidi dari debent, cum ad hoc obtulerit se facultas. Item promisit et tenetur idem Heinricus tantum de mureo edificio facere in domo ipsa sive unum cubiculum sive plura, ut de censu debito nostra ecclesia

certior effieiatur. In eujus facti memoriam sigillum nostrum duximus appendendum. Testes: Chonradus amme Graben, Heinrieus de Wendswilr, Heinricus Shônman, Petrus amme Graben, Burch[ardus] Teke et alii quamplures. Act. in eimiterio saneti Petri, anno domini M̊C̊CLX̊X̊VII̊, in crastino beati Vincentii martiris.

245. *Das Kloster St. Clara räumt den Angehörigen des Hüglin Bugginger Anrechte auf das ihm von demselben geschenkte Gut ein.* — *1278 Februar 2.*

Original Cl. nº 18 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von der Bvggingerin.

Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Ich swester Mæhtilt abbatissin und al der convent von sante Claren ze Basile uzirhalp der mure tûn allen den kunt, den dirre brief ze handen cumt, swenne daz gût, daz Hugelin der Bukkingær uns und unsirm clostir hat gegebin, uns ledie wirt dar nah als die brieve stant, die wir Margaretin siner swester und Agnesin siner swester tohter han gegebin, so suln wir den[a]) gebin, swaz uns von dem gûete wirt, und swenne der selbin Margaretin gût, daz si uns hat gegebin, ouch ledic wirt dar nah als die brieve stant, die wir ir und Elsibetin und Mehtilde ir brûder Heinrichis tohter han gegebin, so suln wir den selbin[b]), swaz uns da von wirt ledie. Und daz wir diz allez stæte lacen, dar umbe han wir[c]) disen brief der vorgeshribenen Marga[retin][d]) und ir brûder tohtirn und ir swester tohter gegebin versigilten mit unsirm insigil. Dat. anno ab incarnacione domini M̊C̊CLXXVII̊, in purificacione beate virginis.

246. Meister Burehart von Basile[a]) der schulmeister von s. Peter, bruder Hartung des bischoves capelan von Basil *Zeugen in der Urkunde des Bischofs Heinrich von Basel und des Grafen Diebold von Pfirt.*

Unter den Sieglern derselben Urkunde die stat von Basile.

Basel 1278 März 9.

Abschrift des 13. Jh. in CDB. fol. 65 (B). — Abschriften im AltLB. Bern fol. 5ᵛ (B¹) und im AltLBKarlsruhe fol. 6ᵛ (B²).

*Trouillat 2, 282 nº 224 nach B. — Herrgott 2, 476 nº 576 nach B¹ (?). — * Georgisch 2, 33 nº 14.*

247. *Bischof Heinrich von Basel und Schultheiss und Rat von Klein-Basel erteilen dem Kloster Klingenthal Bewilligung zum Bau*

---

245. a) *hinter* den *steht noch* Minren brûdern von Basile halbez *von* ren *an, mit welchem die Zeile beginnt, durchgestrichen in A.* b) *hinter* selbin *folgt* brûdern von Basile halbez gebin *durchgestrichen in A.* c) han wir *übergeschrieben in A.* d) Marga *übergeschrieben in A.*

246. a) von Basile *fehlt in B¹.*

einer Mauer um sein Gut wie auch zu Benützung der innern Stadtmauer und des Thores gegen den Rhein. *Basel 1278 März 19.*

Original Kl. n° 78 (A). — Abschriften in Kl. A. fol. 372 (B) und von Wurstisen in WCD. fol. 15° (B¹).

Wackernagel 2, 361 n° 7 nach A. — Trouillat 2, 286 n° 225 nach B¹. — Auszug bei Ochs 1, 441 Anm.

Von den an Pergamentstreifen hängenden drei Siegeln ist nur das mittlere, dasjenige von Klein-Basel, noch erhalten (n° 141).

Wir brûder Heinrich von gottes gnaden bischof ze Basile, unser schultheize, ünser rât uñ ünser stât gemeinlich von enrun Basile tûn kunt allen den, die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz wir mit gemeinem rate ünserre stette von enrun Basile günnin den vrôwen von Klingental, daz sie den graben vor irme dormenter wider den Rin besliezen mit einre mure, also daz sie mit der selbun mure allez ir gût umbeslahen unde den selben graben durh[a]) slahen mit einre mure oberthalp, swa ez inen vûget, gegen irme uzzerme gûte, also dc ez der stât unschedelich si, in dem gedingde, daz sie einen karren wec uzzerthalp an irme bivange uf irme gûte ünsern burgern sûln geben, unde den graben, der die stât da vestet, den sûln sie vollebringen an der uzzerun mure von dem stucke, da er nu abe gienc, untze an den Rin mit also gûter mure alse diu erre was, uñ sûln den graben rumen in der tiefi als er oberthalp ist. Man sol wissen, dc si gewalt hant uf die selben mure[b]) ze buwende dur ir heinliche unde der lûte uppiges kapfen, swie hohe sie went. Man sol ôch wissen, daz sie gewalt hant die inrun burcmure von dem huse der herren von sante Blasien abe untze ûf ir gût ze buwende alse die alten zinnen stant, dur daz sie nieman mûie mit anderm buwe weder über die mure noch drin, wande swer ez wider irme willen wolte tûn, daz suln sie helfen wern mit allem vlize. Man sol ouch wizzen, daz sie gewalt hant eine gevûge tûr ze machende mit einem beslozzem stege, swa ez inen alre beste vûget, durh dic burcmure in dem gedingde, dc sie ünsern burgern ein michel tore machen niderthalp der ziegel mûli, dc die burger bruchen ze iren nottürften under ir selbes slozzen, uñ sûln daz die vrowen buwen uñ gewinnen mit ir koste. Man sol ouch wissen, daz tore, daz inrthalp ir kloster ze Rine gât, daz sie dâz niezen sûln alle die wile, so daz lant ane ürlige ist. Were aber, daz ez übel in dem lande wurde stêndc, so hant die burger gewalt dc tore ze vermurende oder anders ze bewarnde, daz sie da ze dem zite vor schaden sicher[c]) sin. Dur daz diz stête uñ war belibe, so geben wir der vorgenante brûder Heinriche von gottes gnaden bischof ze Basile ünser, ünsers schultheizen unde ünserre stette von enrun Basile gemein ingesigele an disen brief. Do dirre brief ze Basile wart gegeben, do zaltem von gottes gebürte tusent zwei hundert unde ahtôwe unde sibenzec jar, an dem nehsten samstage vor dem sunnentage so man singet oculi mei semper, an der sestun indictione.

---

247. a) durh *auf Rasur in A.* b) marcke *durchgestrichen vor* mure *in A.* c) sicher *wiederholt in A.*

248. *Otto, Dompropst und Generalvicar des Bischofs von Basel, schlichtet einen Streit zwischen dem Stift und dem Predigerkloster in Kolmar.*

Actum Basilee in curia nostra. *Basel 1278 März 25.*

Trouillat 2, 290 nº 227 nach einer Abschrift = MGSS. 17, 185 Anm. 9.

249. *Der bischöfliche Official verkündet den Ausspruch der Geschworenen von Kembs über die zum Meiertum daselbst gehörenden Güter.* *1278 März 30.*

*Original Al. nº 34 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 70 (B). — * Al. L. pag. 283.*

Das (an Pergamentstreifen hängende) Siegel fehlt.

Officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus credere subnotatis. Cum questio et lis verteretur inter venerabilem virum Stephanum priorem et conventum sancti Albani extra muros Basilienses ex parte una et Rûdolfum de Lomeswilr ex altera super quibusdam possessionibus predicte ecclesie sancti Albani attinentibus villicacioni ville Kemsz, que spectat collacioni prioris et conventus supradicti, quam villicacionem ipse Rûdolfus habebit nomine uxoris suc, quamdiu ipsa vixerit nec diucius, ipsis partibus concordantibus conpromissum fuit in juratos et in honestiores ville Kemsz, in qua predicte possessiones villicacioni deputate site sunt. Qui bona habita deliberacione et juramento conmoniti hec subjuncta precisc, videlicet quartam partem decime in banno Nunvar, decimam dictam vulgariter Selcheizinde in banno Kemsz de quinque lunadiis, quatuor jugera agrorum sita juxta locum qui dicitur Sclat, quatuor insulas pratorum que sic denominantur: prima der Wert, secunda Hohenawe, tercia Willeswort, quarta ex altera parte Reni ex opposito loci qui dicitur Spûlen, aream quandam in villa Kemsz, quam inhabitat domina dicta Halderin, et pensionem vini bannalis de tabernis in villa Kemsz, nec aliqua alia ecclesie predicte in quibuscunque locis sita dicebant coram partibus predictis et aliis fide dignis ad ipsam villicacionem pertinere. Que omnia partes predicte coram nobis sunt confesse et eisdem dictis concordabant. Quare nos, ne in posterum super predictis propter hominum oblivionem error seu dubium oreretur, ad peticionem parcium presentem litteram sigillo curie Basiliensis fecimus sigillari. Datum et actum anno domini M̊CC̊LX̊X octavo, iii. kall. apprilis.

250. Petrus Scalarius de Basilea miles *Zeuge in einer Urkunde von König Rudolf I.* *Wien 1278 Mai 3.*

*Rymer 1, 555 = Gfr. 29, 335 nº 4. — * Böhmer 91 nº 438.*

251. *Johannes, Sohn des Rudolf Nicolaus, verkauft dem Spital von St. Alban Güter zu Mittel-Müsbach.* *Basel 1278 Mai 18.*

Digitized by Google

Originale Al. nº 35ª (A) und nº 35ᵇ (A¹).
Auszug Beiträge 4, 384.
Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.
An A hängt noch das Siegel des bischöflichen Officials (nº 37).

Omnibus presencium inspectoribus Jobannes civis Basiliensis filius quondam Rudolfi cognomine Nicolai[a]) rei geste memoriam. Noverit universitas vestra, quod ego[b]) duo lunadia campestris agri, duo jugera pratorum vulgariter dicta maneverch et quandam curiam sita in villa et banno mediocris Musbach in locis subscriptis, videlicet szu Dagelines burnen unum juger, szu demme dochinden Bavme dimidium juger, szu demme Boschinge unum juger, szu der langen Eich unum juger, szu Arlesbach unum juger, szu demme Selburnnen unum juger, szu demme Dhitinhage duo jugera in tribus particulis, szu demme Heiselere unt szu demme Kascenakere duo jugera, juxta vicum Hecilonis unum juger, in duabus particulis juger et dimidium attingens curiam prenominatam, szu demme Hodelere duo jugera, ober demme Reine szu demme Hodelere duo jugera in duabus particulis, szu deme Stemler unum juger, szu der Visachhen duo jugera, szu der Strut dimidium juger, szu demme Geren unum juger partim cultum partim fructiees, in demme Stoch duo jugera, pratum dictum Breitenmatte minus habet quam unum maneverch, in Hartratstrut particula prati, szu Steige particula prati, szu Bach particula prati, an der Halttin particula prati, an der Vismatten particula prati, an Kundishen particula prati, aput vicum particula prati, solvencia annuatim quinque virncellas proporcionaliter et duos pullos, que bona prenominata a me coluit Cůno filius Bertoldi Ducis cum omnibus eorum attinenciis pro pensione quinque vercellarum, ad me ex paterna et materna successione libere pertinencia, pro XXl̃ libra Basiliensi, quas mihi appensas esse confiteor et solutas, vendidi et vendo, tradidi et trado ecclesie sancti Albani Basiliensis Cluniacensis ordinis et per eandem[b]) ecclesiam specialiter hospitali sancti Albani, ut pauperibus et infirmis in eodem hospitali pro tempore degentibus ad sustentacionis commodum et necessariorum penuriam relevandam deserviant et proficiant in futurum. Et sciendum, quod me et meos successores dictorum bonorum varandos constituo, et obligo nos, quod erga casum evictionis faciemus quidquid de jure fuerit faciendum. In testimonium premissorum presens carta sigillo curie Basiliensis est munita. Nos officialis curie Basiliensis vendicionem et tradicionem prescriptam in nostra factam presencia protestamur et rogati sigillum curie Basiliensis huic carte duximus appendendum.[c]) Datum et actum in Basilea, anno domini M̊C̊CLXX̊ octavo, XV̊. kall. junii, indictione sexta.

---

251. a) Rudolfi dicti cognomine Nicolaus *in A¹*. b) ego curiem sitam in villa, que dicitur medie Muspach, duo lunadie et duo jugera pratorum vulgariter dicta manevere sita in banno ville prenominate solvencia quinque virncellas proporcionaliter et duos pullos annuatim ad me ex paterna et materna successione pertinencia, que coluit Cůno filius Bertoldi dicti Herszuge eum omnibus eorum attineneiis vendidi et vendo, tradidi et trado presentibus ecclesie sancti Albani et per eandem *u. s. w. in A¹*. c) apponendum *in A¹*.

252. *Die Predigerklöster Basel und Kolmar vergleichen sich über die Abgrenzung ihrer Gebiete.* *Kolmar 1278 Juni 3.*

Original Pr. nº 103ª (A).

An Pergamentstreifen hängen vier Siegel: 1. Provincialprior (nº 56). 2. Vicar Hermann (nº 57). 3. Predigerprior in Basel (nº 60). 4. . . . . RD . . . .

Frater Cŏnradus prior provincialis fratrum ordinis Predicatorum per Teuthoniam universis presens scriptum visuris salutem in omnium salutari. Cum inter conventus Basiliensem et Columbariensem super distinctione limitum questio moveretur, in hujusmodi formam amicabiliter convenerunt videlicet, quod Basiliensibus fratribus ad predicandum et petendum maneat Sulze, Gewilre cum tota valle sursum, item ville campestres Merkenshein, [a]) Wluershein et supra; Columbariensibus vero ad predicandum et petendum manebit Berkholz, Ysenhein linealiter usque in Ensihshein et ab Ensihshein linealiter usque ad Renum. In cujus ordinacionis ac composicionis firmitatem et certitudinem sigillis nostro, fratris Hermanni vicarii super Renum, prioris Basiliensis ac fratris Emundi nomine domus Columbariensis, que adhuc proprium non habebat, presens pagina est munita. Act. anno domini M̊CCLXXVIII̊, [b]) III̊. non. junii, Columbarie in area fratrum eorundem.

253. Prior et fratres sacre domus Hospitalis Iherosolimitani per Alamaniam *und* dominus Heinricus Waltherus nobilis de Steinebrunnen *schliessen einen Vergleich. Unter den Zeugen:* domino Hartmanno de Baldegge advocato Basiliensi. *Basel 1278 Juni 10.*

Originale im BA. Kolmar, Comthurei Mülhausen nº 7 (A und A¹).

An A hängen an Schnüren vier Siegel: 1. Bischöflicher Official. 2. Heinrich Walther von Steinbrunnen. 3. dessen Frau Judinta. 4. Walther von Klingen (nº 90).

An A¹ fehlen die (an Pergamentstreifen hängenden) Siegel.

254. *Der Pfalzgraf Ludwig, die Grafen Albert von Hohenberg, Eberhart von Katzenellenbogen und Friedrich von Leiningen, die Bürger von Mainz, Strassburg, Basel, Worms, Speier, Kolmar, Schlettstadt, Hagenau, Weissenburg, Oppenheim, Bingen, Wesel, Boppard, Frankfurt, Gelnhausen, Friedberg und Wetzlar schliessen einen Landfrieden auf zwei Jahre.* *Hagenau 1278 Juni 24.*

*UBStr. 2, 44 nº 68 nach dem Original im Stadtarchiv Strassburg. — Wencker 186 nº 22 = Trouillat 2, 293 nº 229. — Böhmer codex 185 = Schaab 2, 62 nº 45. — Lünig 15, 5 nº 5. — * Böhmer 361 nº 131. — * Koch und Wille 1018.*

---

252. a) *hinter Merkenshein* et supra *durchgestrichen in A.* b) LXXXVIII *in A, das erste* X *durch Punkte getilgt.*

255. *Das Stift St. Leonhard leiht dem H. Zinke und dessen Frau ein Haus zu Erbrecht.* — *1278 Juni 25 — Juli 1.*

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 75 (B).

Am Rande von wenig späterer Hand: De domo Zingun nunc dicti Techan.

Noverint omnes presentes et posteri, quod Berch. sacerdos dictus de Blatzhein et Hedwigis soror ejus domum eorum in pede montis ecclesie nostre sitam, quam a nobis pro annuo censu II sol. in festo sancti Martini persolvendorum et urna albi vini optimi et VIIII piccariis in cena domini annis singulis persolvendis et uno messore hereditario jure tenebant, in manus nostras sub hac forma publice resignaverunt, quod eam H. dicto Zinken et . . uxori sue Crede, cum eandem domum sua pecunia emerint, concederemus. Nos autem dictorum Berch. et Hedwigis voluntati annuentes ipsam domum adhibita omni cautela, que in hujusmodi solet fieri, predictis H. et uxori sue Crede indistincte pro censu predicto jure concessimus hereditario pacifice possidendam. Et in ejusdem testimonium nos Petrus prepositus et conventus sancti Leonardi presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Dat. anno domini M̊C̊CLX̊XVIII̊, infra octavam Johannis baptiste.

256. *Die Geschwister von Uffheim verkaufen der Cantorei des Stifts St. Peter Güter zu Geispitzen.* *Basel 1278 Juli 5.*

*Original Pt. nº 57 (A). — Abschrift in Pt. H. fol. 48ᵛ nº 95 (B). — * Pt. LL. fol. 366.*

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (nº 36).

. . officialis curie Basiliensis universis presens scriptum intuentibus noticiam rei geste. Noverint universi, quod constituti coram nobis in forma juris sub anno domini M̊C̊CLXXVIII̊, tercia feria post festum apostolorum Petri et Pauli, Cvnradus et Rudolfus milites de Vfhein, Heinricus, Burch[ardus] et Vlricus et Johannes fratres ipsorum et Greda[a]) soror fratrum predictorum vendiderunt possessiones suas sitas in villa Geisbolzhein, quas Conradus dictus Carpentarius excolit et longo tempore excoluit, extendentes se ad duo lunadia una cum curia et domo, quam inhabitat dictus C[onradus] Carpentarius, que possessiones reddunt et reddere consueverunt singulis annis duas verdencellas siliginis, duas verdencellas avene et IIIIᵒʳ pullos, vendiderunt inquam magistro H[einrico] cantori sancti Petri Basiliensis celebranti et recipienti ipsam venditionem nomine cantorie sue predicte pro XVIIII libris Basiliensibus, quam[b]) pecuniam fratres et soror predicti confessi fuerunt se integre recepisse et in usus suos convertisse exceptioni non numerate pecunie renunciantes et ipsum H[einricum] cantorem in plenam possessionem mittentes possessionum predictarum. Adjecerunt tamen huic contractui, quod dicti fratres

256. a) Greda *von anderer gleichzeitiger Hand nachgetragen in A.* b) quam *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

Digitized by Google

possunt infra festum pasche proximo venturum pro tanta pecunia possessiones reemmere[c]) memoratas, dum tamen emptio ipsis fratribus dumtaxat non alteri persone, sicut fide interposita per ipsos fratres et sororem promissum est, sine fraude qualibet celebretur. Verum, quia Johannes et Greda[a]) soror sua predicti[d]) minores fuerunt annis, juraverunt corporaliter restitutionem in integrum non petere, et ipsa soror renunciavit specialiter beneficio Velleyani, et tam fratres predicti omnes et ipsa soror predicta[e]) renunciaverunt omni auxilio[f]) juris canonici et civilis, per quod predicta vendicio posset in posterum irritari. Testes, qui interfuerunt, sunt magister Burch[ardus] scolasticus et Ludewicus canonici sancti Petri Basiliensis, magister Johannes subscolasticus ibidem et Vlricus plebanus de Sulzbach et alii quamplures fide digni. In cujus rei testimonium presentes literas sigillo nostre curie tradidimus consignatas. Actum Basilee, datum anno et die supradictis.

257. *Der bischöfliche Official spricht zu Recht zwischen dem Kloster St. Alban und genannten Leuten von Müsbach u. a. wegen schuldiger Leistungen letzterer an jenes.* *Basel 1278 Juli 6.*

Original Al. nº 36 (A). — Abschriften in Al. C. fol. 100ᵛ (B) und von Basilius Amerbach in ChA. C. pag. 185 (B¹).
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

In nomine domini amen. Officialis curie Basiliensis et cetera. Anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊VI̊I̊, in octava apostolorum Petri et Pauli, prefixa ad sententiandum in causa, quam . . prior sancti Albani movet Cůnrado de Můspahc, Cůnrado et Volmaro fratribus de Betendorf, Walthero de Betendorf, domino Kuscam, Cůnrado de Giltwilr et Wernhero hospiti, petitione porrecta, lite legittime contestata, jurato de calumpnia, receptis testibus, conclusoque in negotio, quia nobis constat ex parte dicti . . prioris et conventus sui petitionem eorum, videlicet hospicium, quod dicitur hebrige, seu procurationem unam annualem probatum esse sufficienter sibi debitum ex parte dictorum reorum, ipsos reos sententialiter condempnamus ad prestandum seu dandum hospicium seu procurationem unam annualem predicto . . priori cum tot vecturis, prout conmuniter . . hactenus est consuetum. Item ad expensas in lite factas exstimatas et taxatas ac per juramentum . . procuratoris ipsius . . prioris, quod essent sexdecim solidi minus IIII^or denariis, declaratàs dictos reos per sententiam similiter condempnamus. Dat. Basilee, anno et die predictis.

258. *Anna, Ehefrau des Albert von Strassburg, verkauft dem Kloster Lützel Güter zu Attenschweiler.* *Basel 1278 Juli 7.*

Original im BA. Kolmar, Lützel nº 1310 (A).

---

256. c) *se in A.* d) predicti *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* e) predicta *auf Rasur in A.* f) auxilio *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

An Seidenschnuren hängen zwei Siegel: 1. Peter Schaler (№ 106). 2. Stadt Basel (№ 140).

Petrus Scalarius magister civium et scultetus Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Noverint universi, quod Anna uxor Alberchti de Argentina filia Cv̊nradi militis dicti Wepferman de Barra constituta coram nostro subdelegato Hugone de Gundolzdorf in forma judicii omnes possessiones, quas habebat in villa et banno Attemswilr, cum earum attinentiis spectantes ad eam eo jure, quod vulgo dicitur morgengabe, vendidit et tradidit per manum et consensum Alberchti mariti sui, cui jus advocatie recongnovit, accedente quoque consensu domini Heinrici militis dicti Clerici habentis auctoritatem a Cv̊nrado patre prefate puelle venerabilibus et religiosis .. abbati et conventui monasterii Luzelensis Cysterciensis ordinis, Basiliensis diocesis, ac per eos eidem monasterio pro decem et octo marcis argenti et viginti quinque solidis denariorum, quam pecuniam sibi ponderatam, numeratam et integraliter solutam ac in usus ejus conversam, cum oppressa esset honere debitorum usuris magis ac magis currentibus, publice fatebatur, promittens sine dolo et fraude et firmans corporali prestito juramento, quod contra venditionem seu traditionem prescriptam nunquam veniet nec contravenire volenti consentiet, et quod in causa evictionis et prestande warandie faciet, quicquid de jure fuerit faciendum[a]), renuncians beneficio restitutionis in integrum, minoris etatis, et omni auxilio juris canonici et civilis, per quod contractus venditionis seu traditionis prelibate recindi posset vel in posterum infirmari, mittens eos nichilominus in vacuam et liberam possessionem possessionum omnium prescriptarum. In cujus rei testimonium presens carta nostro et communitatis Basiliensis sigillis est munita. Testes hujus rei sunt magister Rv̊d[olfus] canonicus ecclesie sancti Petri Basiliensis, Hugo Monachus, Burch[ardus] de Argentina, Heinricus dictus Pfaffo, Heinricus vor Gazzen, Rv̊d[olfus] de Foro frumenti, Johannes et Cv̊nradus fratres dicti Rôber milites, Hugo Baularius, Petrus dictus Villici, Wernherus dictus Wlpes, Petrus dictus Gabeler, Wernherus de Halle, Rv̊digerus preco, Johannes der Lange et Johannes de Leimen preco cives Basilienses et quamplures alii fide digni. Act. seu dat. anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, non. julii, Basilee.

259. *Urkunde des Bischofs Rudolf von Konstanz.* Acta sunt hec in curia magistri Heinrici de Basilea officialis curie Constantiensis.

Konstanz 1278 Juli 17.

* *Ladewig 2473.*

260. Magister Johannes dictus Spittaler de Basilea *Zeuge in der Urkunde des Bischofs Rudolf von Konstanz. Rheinau 1278 Juli 23.*

*SW. 1830, 483 № 41. — Auszüge ebd. 1824, 25 № 9 und Kopp 2/1, 548 Anm. 3. — * Ladewig 2474.*

258. a) *mit Abkurzungsstrich über* dum *in A.*

261. *Das Kloster Klingenthal erhält vom Domherrn Hugo im Thurn Äcker bei Klein-Basel geliehen.* *Basel 1278 Juli 30.*

Original Kl. nº 79 (A).

Von den zwei eingehängten Siegeln ist nur dasjenige von Klingenthal erhalten (nº 65).

Magister Cůno canonicus Basiliensis plebanus in Brisach et cetera. Anno domini M°C°LX°XVIII°, sabbato post festum beati Jacobi apostoli, constituto coram nobis Basilee fratre Johanne de Friburgo procuratore . . priorisse et conventus monasterii de Klingental recepit nomine . . priorisse et conventus loci prefati jure hereditario a domino Hugone in Turri canonico Basiliensi duo jugera agrorum sitorum in fine ortorum ulterioris Basilee versus Hůningen prope Renum, de quibus agris solvere debet predictus Johannes vel quicunque sibi fuerit substitutus in suo officio singulis annis duodecim solidos monete usualis census nomine, videlicet sex solidos in festo beati Johannis baptiste et sex solidos in festo beati Martini ejusdem anni. Quicunque autem frater conversus eidem fratri Johanni substitutus fuerit, quando ipsum vel alium, qui pro tempore fuerit, decedere contigerit, censum honorarium, qui vulgo dicitur erseatz, predicto domino Hugoni persolvet. In cujus rei testimonium sigilla videlicet nostrum et dominarum prefatarum presentibus sunt appensa. Data loco, anno et die suprascriptis.

262. *Das Kloster St. Blasien leiht dem Rudolf Tetsch Land bei Rheinweiler.* *Basel 1278 August 12.*

Original im GLA. Karlsruhe, St. Blasien (Rheinweiler), (A).

An Pergamentstreifen hängen noch zwei Siegel: 1. † S . OTTONIS . MILITIS . DE . ROTENLEIN. *2. Stadt (nº 140).*

Universis Christi fidelibus presentem litteram perlecturis et audituris H[einricus] divina miseratione abbas monasterii sancti Blasii in Nigra silva ordinis sancti Benedicti, Constantiensis dyocesis, subscriptorum noticiam eum salute. Ut gesta modernorum non calumpnientur per posteros, expedit ea scripturarum et testium robore suffulciri. Noverint igitur omnes et singuli, quos nosce fuerit oportunum, quod nos scoposam sitam in Rinwiler, quam dictus Kůmi quondam excoluerat et a nobis sub annuo censu tenuit, viro discreto Růdolfo dicto Tetsch civi Basiliensi nostri conventus accedente favore et consilio sub annuo censu videlicet duodecim solidorum usualis monete in festo beati Martini singulis annis persolvendorum pro tempore vite suc concessimus et concessisse presentibus profitemur libere possidendam hoc adjecto, quod uni liberorum suorum, quem idem Růdolfus nobis ad hoc infra decennium exhibuerit et presentaverit, eandem scoposam sub prescripto censu, quoad vixerit idem presentatus, concedere promisimus et promittimus bona fide. Ipsis autem cedentibus vel decedentibus dicta scoposa ad nostrum monasterium libera revertatur. Adjectum fuit eciam a nobis ex pacto, quod, si prefatus Rů[dolfus] in solutione census prefati aliquatenus per

quadriennium cessaverit, tunc sepedicta scoposa similiter ad nostrum monasterium libera revertatur. In horum testimonium et memoriam hanc paginam exinde conscriptam sigillo nostro, nobilis viri Ottonis de Rôtenlein et universitatis civium Basiliensium sigillis predicto R v̊[dolfo] necnon nostro monasterio fecimus conmuniri. Acta sunt hec Basilee, anno domini M C̊C̊LXX octavo, pridie idus augusti, indictione sexta, presentibus magistro Al[berto] rectore ecclesie in Nallingen et magistro R v̊[dolfo] rectore ecclesie in superiori Eggenhein clericis, Petro Scalario, Ber[tholdo] de Henkart, Mathia Diuitis, Hugone de Lôrrach et Burc[hardo] Vicedomino militibus, Petro zem Kranche, Cv̊nrado dicto Bv̊rer, Gv̊nthero de Oetlikon et Heinrico dicto Goûmer laycis et aliis quampluribus fide dignis.

263. *Des Ritters Johann Macerel Frau verkauft dem Spital von St. Alban Güter in Metzerlen.* — *1278 September 16.*

Abschrift des 15. Jh. in Al. C. fol. 141v (B).

Officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverit universitas vestra, quod Hymeldrudis uxor domini Johannis dicti Matzerel in nostra constituta presencia confitebatur sponte non coacta, quod vendidit et tradidit bona sua sita in villa et banno Metzerlon in locis subscriptis, videlicet in villa antedicta curiam cum domo superedificatam, quam inhabitat V̊lricus Heimburgo, qui eciam colit bona an dem nyderen Grunde, apud villam quatuor jugera, primum juger zů dem Gatteren, zů der Stenmerren unum juger, in duobus locis, zů Mirschere, vnder dem veige Gampelen unum juger, zům Nussbôumelin virga et dimidia, an dem Obervelde wider der kilchen tria jugera, zu Babawe quatuor jugera, cum omnibus eorum attinenciis ad dotem suam pertinencia per consensum et auctoritatem mariti sui prenominati et suorum liberorum religiosis viris Stephano priori et conventui sancti Albani Basiliensis, Cluniacensis ordinis, et per eos eorum monasterio sed specialiter hospitali sancti Albani, ut pauperibus et infirmis in eodem hospitali pro tempore degentibus ad sustentacionis comodum et necessariorum penuriam relevandam deserviant et proficiant in futurum, pro octo marcis argenti libere resignando, quas sibi traditas confessa fuit et solutas. Obligavitque se et suos successores ad prestandam warandiam bonorum predictorum et quod erga casum evictionis faciat, quidquid de jure fuerit faciendum. Et sciendum, quod corporali prestito juramento promisit, quod dicta bona nunquam repeteret et nunquam contractum seu vendicionem hujusmodi perturbare vel contravenire attemptaret vel contravenire volenti consensum adhiberet. Preterea renunciavit in repeticione dictorum bonorum omni juri canonico et civili. In testimonium premissorum nos officialis curie rogati sigillum curie Basiliensis presentibus duximus appendendum. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, XV̊I. kln. octobr., indictione sexta.

264. *Des Ritters Johann Macerel Frau verkauft dem Spital von St. Alban Güter in Metzerlen.* — *1278 September 17.*

Digitized by Google

Abschrift des 15. Jh. in Al. C. fol. 142 (B).

Officialis curie Bâsiliensis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverit universitas vestra, quod Hymeldrudis uxor domini Johannis militis dicti Matzerel in nostra constituta presencia confitebatur se vendidisse et tradidisse bona sua sita in villa et banno Metzerlon ad dotem suam spectancia annuatim solvencia quatuor verncellas, tres videlicet spelte, unam avene, et continencia undecim jugera campestris agri et quasdam particulas prati videlicet an der breyden Matten fere dimidium manwerch, ex opposito virga et dimidia, an der Dorfmatten due virge per consensum et auctoritatem mariti sui predicti et suorum liberorum sponte, non coacta religiosis viris Stephano priori *u. s. w. gleichlautend mit n° 263.* In testimonium omnium premissorum nos officialis rogati ab ipsa domina Hymeldrudi sigillum curie Basiliensis huic carte duximus appendendum. Datum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, XV. kln. octobr., indictione sexta. Ego Hymeldrudis prenominata vendicionem et tradicionem et omnia alia prescripta esse vera confiteor, prout sunt narrata.

265. *Rudolf, Sohn des Rudolf Nicolaus, verkauft dem Johann an den Steinen Güter zu Mittel-Müsbach und empfängt sie wieder von ihm zu Erbrecht.* *Basel 1278 Oktober 21.*

Original Sh. n° 3 (A).
Das (eingehangte) Siegel fehlt.

Universis presentem litteram inspecturis Petrus Shalarius scultetus Basiliensis noticiam rei geste. Noverint universi, quod Rûdolfus filius Rûdolfi Nicolai bone memorie concivis nostri quedam jugera jure proprietatis ad se pertinentia in villa Mûspach videlicet Mitteln Mvspach sita Johanni dicto an den Steinon sub annuo censu trium verincellarum spelte vendidit et tradidit juste et legaliter coram nobis pro certa summa pecunie sub hac forma, quod dictus Johannes an den Steinon prefato Rûdolfo venditori prescripta jugera tenetur concedere in feodum perpetuum sub jure hereditario pro censu trium verincellarum perpetuo possidenda ita, quod nullus census honorarius, qui vulgo dicitur ershaz, de premissis jugeribus dari debet. Est autem condictum, quod sepedictus Rûdolfus ex nunc in antea dimidiam partem jugeris de predictis annis debet singulis infimare. Quod si occasione aliqua uno anno neglexerit, infimationis neglientiam prelibate anno subsequenti per integri jugeris infimationem tenetur emendare, alioquin sine contradictione qualibet ab omni jure, quod in eisdem sibi jugeribus conpetit, sciat penitus se ammotum. In cujus facti memoriam sigillum nostrum rogatu parcium duximus in testimonium presentibus appendendum. Testes: Heinricus Decani, Ludewicus Custodis, canonici sancti Petri, Nicolaus de Titenshein miles, Hugo de Gvndolstorf, Rûdolfus Lûtich, Heinricus Kribaz et Wernherus fratres et quamplures alii fide digni. Sunt autem prelibata jugera sita in hiis locis, videlicet in Dietenhage juger I, in den Stochen II, item zem Teishlere I, in

Gern I, an dem bretem Achere unum cum dimidio, ze Alreisrûti[a]) uñ ob dem Bongarten I, zem Mattebrunnen dimidium, item in eodem loco I integrum, ze Arlzpach II, zem Holenwege uñ zem Bôstingen I, ob dem Bonachere I, ob der Kilchen unum cum dimidio, item nebent dem wege von Knôringen pecia jugeris et pecia prati. Actum Basilee, anno domini M°CC°LX°XVIII°, sexta feria in festo XI milium virginum.

266. *Johann der Meier von Pratteln verkauft Güter daselbst an das Kloster St. Alban.* *Basel 1278 November 15.*

Original Al. n° 37 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 56° (B).

Boos 95 n° 136 nach A. Hier ist zu lesen Z. 17: pharrenmatten; *Z. 24:* Et sciendum; *Z. 32:* protestamur; *Z. 35:* rogatus.

Von den (an Pergamentstreifen hängenden) Siegeln ist nur noch das des Gottfried von Eptingen erhalten (n° 95).

267. *Der bischöfliche Official verkündet die geschehene Übertragung eines dem Kloster St. Alban zustehenden jährlichen Zinses von einem Hause auf ein anderes.* *— 1278 —*

Original Al. n° 32 (A).

Das (an Pergamentstreifen hängende) Siegel fehlt.

Officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus rei geste memoriam. Noverit universitas vestra, quod, cum domus quondam Cûnradi dicti Decken civis Basiliensis contigua curie relicte domini Ditchelmi militis dicti Golin, cujus proprietas et fundus relicte domini Ottonis militis de Blatsein et suis liberis attinebat, esset honorata quinque solidis Basiliensibus ecclesie sancti Albani extra muros Basilienses solvendis[a]) annuatim in festo beati Martini, quod ad peticionem predicte relicte domini Ottonis et suorum liberorum, quam priori et conventui dicte ecclesie sancti Albani porrexerant, domus Irmine relicte Hermanni sartoris sita in vico dicto szu demme Rindurncle, cujus fundus et proprietas predicte relicte domini Ottonis et suorum liberorum esse dinoscitur, in reconpensacionem dictorum quinque solidorum sepedicte ecclesie sancti Albani in festo beati Martini solvendorum annuatim in futurum est obligata. Sed ne super his error[b]) propter hominum oblivionem valeat suboriri, nos officialis curie Basiliensis huic carte sigillum curie Basiliensis rogatu prioris et relicte supradicte duximus appendendum. Datum anno domini M°CC°LXX° octavo.

268. *Rudolf von Lünschweiler, Meier zu Kembs, verkauft einen Hof daselbst an das Kloster St. Alban.* *— 1278 —*

*Original Al. n° 33 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 64 (B). — * Al. L. p. 299.*

An Pergamentstreifen hängt das Siegel des bischöflichen Officials (n° 36).

---

265. a) Alrei *auf Rasur in A.*

267. a) solvendorum *in A.* b) *zum Teil ausradiert in A.*

Digitized by Google

Omnibus presencium inspectoribus Rudolfus de Lomesvilr dictus Villicus de Kemsz credere subnotatis. Noveritis, quod ego eum consensu meorum liberorum curiam quandam sitam in villa Kemsz in loco, qui dicitur in demme Guphe, quam quondam possidebat quidam dictus Freivel, nunc jure proprietatis ad me pertinentem cum quodam horreo superedificato vendidi et vendo, tradidi et trado presentibus religiosis viris Stephano priori et conventui sancti Albani extra muros Basilienses ordinis Cluniaeensis et per eos eorum monasterio[a]) pro quatuor libris Basiliensibus et dimidia, quas mihi appensas confiteor et solutas. Et sciendum, quod me et meos heredes dicte curie warandos constituo et obligo nos, quod erga casum evictionis faciemus, quidquid de jure fuerit faciendum. In testimonium premissorum presens carta sigillo curie Basiliensis est munita. Nos officialis curie Basiliensis rogati sigillum curie Basiliensis huic carte duximus appendendum et vendicionem et tradicionem in nostra factam presencia protestamur. Datum anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊ octavo.

269. *Das Kloster Unterlinden zu Kolmar bekennt, dass Johann der Apotheker und dessen Frau ihm eine Summe Geldes geschenkt haben, und verpflichtet sich ihnen zu Ausrichtung einer lebenslänglichen Rente sowie zur Begehung ihrer Jahrzeiten.*

Kolmar 1279 Januar 4.

Original im BA. Kolmar, Unterlinden n° 12 (A).
Zwei (hängende) Siegel fehlen.

Nos soror Hedewigis priorissa et convcntus sororum monasterii saneti Johannis in Columbaria dicti Vnderlinden notum facimus universis presentem litteram inspeeturis, quod magister Johannes apothecarius Basiliensis et uxor sua Mehtildis eives Basilienses ducentas sexaginta quatuor marcas argenti puri et legalis nobis et monasterio nostro in remedium animarum suarum et parentum suorum divine remunerationis intuitu perpetuo contulerunt, quam pecuniam profitemur nos recepisse et in usus monasterii nostri convertisse videlieet emendo aream adjacentem claustro nostro, construendo dormitorium et eellarium nostrum, conparando predia in diversis locis Svlz, Rietwilr, Gebewilr, Phaffenhein et alibi, sicut vidimus expedire. Obligavimus igitur nos et presentibus obligamus, quod singulis annis prefatis duabus personis, dumtaxat quamdiu vixerint, sive in seeulo sive in religione fuerint, ducenta triginta tria quartalia annone scilicet siliginis et ordei et duas libras et quatuor solidos denariorum usualis monete et medietatem vini, quod creverit in viginti scadis vinearum, que omnia sunt cum ipsorum pecunia conparata, exsolvemus et presentabimus ad sue libitum voluntatis, et alteri, qui superstes fuerit, eum unus morietur, similiter omnia, sive in seculo sive in religione fuerit, exsolvemus. Ambobus vero defunetis absolute omnino erimus nec alicui loco vel persone respondere tenebimur de premissis, set

268. a) monesterio *in A.*

ipsorum anniversaria dante deo piis orationibus tamquam confratrum et sororum nostrorum celebrabimus et eorum memoriam tamquam benefactorum nostrorum principalium habebimus in eternum. In cujus facti memoriam sigilla nostra videlicet prioriss̃e et conventus duximus presentibus appendenda. Actum et datum Columbarie, anno domini M°CC°LXXIX°, pridie nonas januarii.

270. *Der Prior des Predigerklosters zu Kolmar anerkennt die zwischen seinem und dem Basler Kloster getroffene Gebietsabgrenzung.* — *1279 Januar 28.*

Original Pr. n° 103[b] (A).

An Pergamentstreifen hängendes Siegel: .... RIS . FRA ... EDICATOR . DE . COLVM...

Cum ea, que a se rite ac provide superiorum voluntate auctoritateque accedente sunt disposita ordinate, non deceat innutare nec ausu temerario violare, ego frater Heinricus prior Columbariensis limitacionem amicabilem racione previa factam a venerabilibus patribus fratre C[onrado] priore provinciali, fratre Her[manno] vicario Reni, fratre Emundo ac fratre C[onrado] de Ezelingen tunc vicario domus predicte inter conventus seu fratres Columbarienses ex una parte et conventum Basiliensem ex altera legitimam fore confiteor per presentes. Tunc enim prior Basiliensis existens nomine conventus ipsam acceptavi et nunc prior Columbariensis conscienc̃ia et veritate urgente vires ac possibilitatem utriusque conventus expertus idem confiteor bona fide dictam limitacionem providam ac legittimam asserens nec amplius conventum Basiliensem a dictis fratribus super ulteriori limitacione molestandum. In cujus rei memoriam ac munimen presentem cedulam sigillo proprio duxi consignandam. Dat. et actum anno domini M°CC°LXXIX°, Agnetis secundo.

271. *Heinrich von Bottmingen vergabt dem Kloster Lützel Zinse und Güter zu Kappeln, Zeisweiler und Basel.*

Basel 1279 Februar 16.

Originale im BA. Kolmar, Lützel n° 138 (A und A[1]).

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (n° 36).

Officialis curie Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam rei geste. Cum memoria hominum sit labilis vitaque brevis, ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est scripturarum testimonio perennari. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod constitutus coram nobis Henricus de Botmingen civis Basiliensis sanus mente et corpore titulo donationis contulit abbati et conventui de Luzela[a]) Cysterciensis ordinis, Basiliensis dyocesis, nomine monasterii sui tum pro remedio

271. a) Lucela *in A[1]*.

anime sue tum propter filium suum Johannem, qui in eadem abbacia domino famulatur, sedecim vierdencellarum redditus, quinque siliginis et quinque avene et sex speltéé, sitos in bannis de Cappell[b]) et Zeiswilr. Item contulit eodem titulo terciam partem domus, in qua moratur Basiléé in vico Cerdonum super Birsicum superiorem, item viginti libras usualis monete titulo memorato, item unum pratum situm prope ripam, que dicitur Wise, juxta locum, qui dicitur zer Holzmuli. Item contulit unam petiam vinearum in banno minoris Basiléé. Hiis vero donationibus omnibus tales intervenerunt conditiones a prefato donatore scilicet, quod, si prefatus . Johannes[c]) filius suus usque ad integrum annum probationis in predicto monasterio remaneret, quia tempore donationis facte novicius erat, donatio firma manebit. Item adjecta fuit talis conditio ex parte predicti donatoris, si vergeret ad inopiam nec aliunde sibi consuli posset, quod propter famem et necessitatem[d]) instantem posset distrahere partem possessionum predictarum vel totum, si aliunde sibi provideri non posset, ut superius est expressum. Insuper adjecit prefatus donator, quod in anniversario[e]) suo pecunia ex quatuor vierdencellis convertatur in emptionem piscium pro fratrum refectione, quatuor vero vierdencelle ad usus luminariorum altaris sancte Marie in eodem claustro distribuantur, octo vero residue ipsi monasterio accedant. Actum et datum Basiléé, presentibus Johanne dicto Bôller et Henrico de Luter[f]) monachis de Luzela,[a]) domino Johanne Robario milite, Hugone Bawelario et Wernhero dicto Fuhs, Johanne dicto Stebelin,[g]) Rûdolfo[h]) de Haldirwanch, Nicolao pistore, Hugone dicto Progant, Henrico dicto de Teggingen et fratre Cŷnone[i]) ejusdem monasterii ac aliis pluribus fide dignis, sub anno domini M̂CC̄LX̄X nono, feria quinta proxima ante dominicam, qua cantatur invocavit. In testimonium premissorum ad petitionem predictorum sigillum Basiliensis curie[k]) presentibus dedimus appendendum.

272. *Agnes Stamler und ihr Mann verkaufen dem Rheinfelder Chorherrn Hugo von Schliengen ein Haus in Basel.*

Basel 1279 April 6.

Original Ds. n° 3 (A). — Unvollstandige Abschrift in Bf. D. fol. 206b.
An Bändern hängen drei Siegel: 1. . . . . . I . DE . BALDE . . . . OCATI . BASIL . . . *2. Peter Schaler (n° 106). 3. Rheinfelden (n° 146).*

Nos Hartmannus de Baldegge advocatus Basiliensis et Petrus Scalarius scultetus ejusdem civitatis notum facimus universis presentibus et posteris, quod constituti in nostri presentia in forma juris Agnes filia quondam Jacobi dicti Stamler civis Basiliensis et Berchtoldus dictus Meli maritus ipsius Agnetis civis Rinueldensis, ipsa Agnes auctoritate ipsius mariti interveniente vendidit et tradidit Hvgoni de Sliengen clerico canonico Rinueldensi domum dictam zem Engele sitam undern Salzkasten civitatis Basiliensis pro triginta

271. b) Cappelle *in A*[1]. c) Jo[hannes] *in A*. d) *hinter* necessitatem *steht* urgent *durchgestrichen in A*[1]. e) aniversario *in A und A*[1]. f) Lûter *in A*[1]. g) Jo[hanne] Stebelin *in A*. h) Rudolfo *in A*. i) Cvnone *in A*. k) sigillum curie Basiliensis *in A*[1].

marcis argenti, quam pecuniam confessi fuerunt se recepisse et sibi pensam et numeratam fuisse et eam pecuniam in meliores usus predicte Agnetis convertisse, obligantes se suosque heredes seu successores de evictione sub pena juris stipulatione hinc inde sollempniter interjecta. Item promiserunt prestare eidem Hvgoni vel suis successoribus warandiam ubique locorum et coram quocunque judice, ubi[a]) de jure tenebitur et specialiter in civitate Basiliensi, si super dicta domo aliqua questio fuerit sibi vel suis successoribus mota usque ad tempus, quo de jure prestari debet cuilibet warandia. Ad que omnia et singula suprascripta tenenda et observanda obligaverunt se et suos heredes seu successores fide prestita corporali. In premissorum testimonium ad petitionem predictarum parcium sigilla nostra huic instrumento appendi fecimus et apponi. Nos vero scultetus et consules Rinueldenses, quia predicte venditioni et promissioni interfuimus, ad petitionem predictarum parcium sigillum civitatis nostre unà cum sigillis predictorum dominorum apposuimus in testimonium premissorum. Datum et actum Basilee, sub porta domus viri discreti domini Conradi decani et camerarii majoris ecclesie Basiliensis, anno domini M°CC°LXX°IX°, VIII. idus aprilis, presentibus dominis C[onrado] prefato decano, Arnoldo de Keiserstůl, Heinrico de Wartenuels, Cůnrado dicto[b]) Monacho, . . dicto de Liela militibus,[c]) item Hvgone de Gundoltstorf, Petro dicto Gablere, Hvgone ad Solem, Wezlone cellerario, Heinrico dicto Isenline, Hvgone ad Ceruum, Alberhto dicto Blazhein, Reimundo sartore, Ůlrico pistore dicto de Blazhein, Thoma dicto Gőchlin, Wernhero dicto Schaltenbrant, Heinrico dicto Schilter, Hvgone et Heinrico dictis de Sliengen civibus Basiliensibus et aliis quampluribus fide dignis.

273. *Das Domstift leiht dem Rheinfelder Chorherrn Hugo von Schliengen ein Haus in Basel.* *Basel 1279 April 6.*

Original Ds. n° 2 (A). — Unvollständige Abschrift in Bf. D. fol. 208 (B). An einem Bande haugt das Siegel des Domstifts (n° 18).

Cůnradus decanus et camerarius ecclesie Basiliensis universis presens scriptum intuentibus noticiam rei geste. Cum Agnes filia quondam Jacobi Stamlarii civis Basiliensis et Berchtoldus dictus Meli maritus ejus domum dictam zem Engle sitam undern Salzkasten pro sex denariis a camera nostra singulis annis persolvendis jure hereditario possideret, in manus nostras jus eorum libere resignaverunt hac conditione, ut predictam domum Hvgoni de Sliengen canonico Rinueldensi concederemus pro predicto censu jure hereditario perpetuo possidendam, quam resignationem recepimus et concessionem ipsi Hvgoni fecimus et concessimus eo jure, quo prefati conjuges possidebant. In cujus rei testimonium sigillum nostrum apposuimus huic karte. Actum et datum Basilee, in porta domus nostre, anno domini M°CC°LXX°IX°, VIII. idus aprilis, presentibus dominis Hartmanno de Baldegga advocato Basiliensi,

272. a) vibi *in A.* b) dicti *in A.* c) militis *in A.*

Petro Scalario sculteto ejusdem civitatis, Arnoldo de Keiserstůl *u. s. w., von hier an gleichlautend* a) *mit n° 272 bis* Basiliensibus, item sculteto Rinueldensi, Walthero dicto Schôli et Chŵnrado dicto Kelhalt civibus Rinueldensibus b) et aliis quampluribus fide dignis.

274. *Das Kloster St. Alban leiht dem Ludwig Bauwar Güter zu Brinkheim.* — *1279 Mai 5.*

Original Al. n° 38 (A).

Das (an einem Pergamentstreifen hangende) Siegel fehlt.

Omnibus presencium inspectoribus Stephanus prior sancti Albani extra muros Basilienses ordinis Cluniacensis noticiam rei geste. Noveritis, quod Cûno de villa Brunkem quedam bona sita in villa Brunkem jure proprietatis ad monasterium a) sancti Albani pertinencia, que pro annuo censu trium solidorum Basiliensium et unius pulli in festo beati Johannis babtiste persolvendorum possederat hereditario jure, in manus nostras libere resignavit petens, ut nos dicta bona Lûdevico Banvaro sartori de Reyn sub eodem censu et jure concederemus possidenda. Nos vero suis inclinati precibus dicta bona cum omnibus suis attinenciis concessimus dicto Ludevico omni jure, quo dictus Cûno habuerat, possidenda. Et ne super his in posterum error seu dubium oriatur propter hominum oblivionem, nos in signum facti presentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum anno domini M°CC°LXX° nono, tercio nonas maii.

275. *Das Kloster Blotzheim und das Stift St. Leonhard tauschen Güter in Blotzheim.* — *1279 Mai 5.*

*Abschrift von 1295 in Lh. H. fol. 10v n° 50 (B). — * Lh. D. fol. 183r. — * Lh. B. fol. 4.*

Trouillat 2, 314 n° 238 nach B. Hier ist zu lesen Z. 5: Blatzhein; *Z. 6:* Ögbrunnen; *Z. 13:* zim *statt* zum; *Z. 15:* zein *statt* zem; *Z. 18:* Spilman particulam; *Z. 21:* feria proxima ante.

276. *Peter Wolf bekennt, vom Kloster St. Alban den Hof Mett geliehen erhalten zu haben.* — *1279 Mai 5.*

Abschrift des 15. Jh. in Al. C. fol. 60 (B). — Abschrift in CB. pag. 329 (B1).

Ad litis altercationem in posterum precavendam nos frater C[onradus] abbas in Lucela Cysterciensis ordinis, Basiliensis dyocesis, notum facimus cunctis Christi fidelibus per presentes, quos nosce fuerit oportunum, quod, cum inter religiosas in Christo abbatissam . . et conventum monialium in Olsperc ejusdem ordinis et Bvrchardum dictum Hvnger civem Basiliensem pro quadam domo sita in municipio Rinvelden esset diucius litigatum diversis temporibus atque locis ac tandem ipsa causa inter consules Basilienses tediosius ventilaretur, dicti consules ipsam causam nobis rogatu et consensu parcium conmiserunt arbitrarie decidendam. Nos vero petentibus annuentes apud Rinvelden assignavimus partibus certam diem, quibus conparentibus et statutis coram nobis, domino Johanne decano ipsius loci, Cv̊nrado de Eschon et Cvnrado filio suo canonico in Rinvelden et Berchtoldo Meli seniori, Johanne Belz, Berchtoldo et Walthero fratribus dictis de Schowenberc, Henrico de Ponte, Hermanno de Bellinchon, Jacobo de Seconis, Johanne de Rv̊cingen, Petro dicto Hvbscerc, Wernhero Mvnschino, Henrico de Waltkich, Rv̊dolfo de Warenbach burgensibus Rinveldensibus et aliis pluribus fide dignis veritate prius ab ipsis quasi sacramentaliter protestata concorditer et unanimiter omni scrupulo sive ambiguitate alicujus hesitationis penitus relegatis omnes pariter conclamabant predictam domum, de qua lis vertebatur inter partes predictas, legatam ac collatam fuisse cum aliis rebus suis mobilibus et inmobilibus a quadam Adilhede de Wenslingen burgense in Rinvelden, que se et sua omnia monasterio de Olsperc canonice dedicavit, cui etiam ipsa domus legali successione ac canonica conpetebat, predictis religiosis coram predicto domino Johanne decano, Johanne dicto Belz, Berchtoldo de Schowenberch, Jacobo de Seconis, Johanne de Rv̊cingen, Wernhero Mvnschi et aliis multis, qui ibidem vocati pro sollempnitate facti a precone ipsius municipii affuerunt, adhibitis cautelis et sollempnitatibus, que debent hujusmodi donationibus, que fiunt ob recordationem mortis sive in ultima voluntate, secundum loci ipsius consuetudinem adhiberi. In cujus rei[a]) testimonium presentes literas sigilli nostri munimine supradictis religiosis dedimus consignatas in testimonium premissorum.

Nos vero Cvnradus scultetus in Rinvelden et consules ipsius municipii, qui predicto processui affuimus utpote quibus constat de veritate limpidius premissorum, ob reverentiam et petitionem religiosarum memoratarum ad veritatem confirmandam processus supradicti sigillum nostri municipii cum sigillo domini[b]) abbati Lvcelensis apposuimus huic scripto. Acta sunt hec anno domini M̊CC̊LXX̊X, sabbato proximo post dominicam ascensionem.

310. *Heinrich der Schilter leiht dem Heinrich von Riespach und dessen Schwester ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1280 Juni 12.*

Original Sp. nº 2 (A).

An einer Schnur hangt das beschädigte Stadtsiegel (nº 140).

---

309. a) In cujus rei *auf Rasur in A.* b) domine *in A.*

Digitized by Google

Universis presentes literas inspecturis Heinricus clipeator civis Basiliensis et Gŷta uxor sua noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, cum Johannes carpentarius dictus de Mellingen et Hedewigis uxor sua domum sitam in vico versus Eseltûrlin prope rivulum ļa nobis pro annuo censu viginti solidorum Basiliensium et sex circulorum nomine revisorii debitis terminis solvendorum jure hereditario possiderent, eandem domum in manus nostras libere resignarunt petentes, ut eam Heinrico dicto de Rŷdispach et Berchte sorori sue, quibus ipsam domum vendiderant, sub eisdem jure ac censu concedere curaremus. Nos igitur ad resignationem et petitionem Johannis et Hedewigis predictorum prefatam domum Heinrico de Rŷdispach et Berchte sorori sue prehabitis recepto ab eisdem honorario, prout moris est, sub censu prescripto jure hereditario concessimus et per presentes concedimus perpetuo possidendam. Et sciendum, quod in mutatione manus quinque solidi tantum pro honorario, quod vulgariter erschaz dicitur, dari debent. In cujus rei testimonium presens carta sigillo conmunitatis Basiliensis est munita. Testes: Gerungus dictus zem Roten huse, Johannes Winardi, Heinricus de Gundolzstorf, Rodolfus Metter, Rŷdolfus Lûtrich, Hiltwin rasor, Hugo dictus Brogant et quamplures alii fide digni. Nos . . magister civium et consules Basilienses in testimonium prescriptorum rogati sigillum conmunitatis nostre dedimus presentibus appendendum. Dat. et act. Basilee, anno domini M°C°LXX°X, II. idus jun.

311. *Bischof Heinrich bekennt, dass das von den Seinen bewohnte Haus bei Kunos Thor dem Deutschorden gehöre, und dass er es von diesem gegen Zins inne habe.* *Basel 1280 Juni 28.*

Original im GLA. Karlsruhe, Abteilung Basel (A).
Das eingehängte Siegel ist abgefallen.

Frater Henricus miseratione divina Basiliensis episcopus universis presentes litteras inspecturis eorum noticiam, que sequuntur. Sciant omnes, quos scire fuerit oportunum, quod nos recognoscentes curiam, quam Arnoldus rector ecclesie de Blazein inhabitare solebat, contiguam nobilis viri . . dicti de Keisirstôl prope portam dictam Cŷnthor sitam in civitate Basiliensi ad fratres Hospitalis Theotonicorum sancte Marie Ierosolimitani de Bukein absque dubio pertinere, ipsam per familiam nostram de voluntate ipsorum et eorundem nomine inhabitamus et sopita questione inter nos et ipsos, que quandoque fuerat occasione curie memorate, cum actum esset, quod a tempore compositionis nomine ipsorum et voluntate liceret nobis et familie nostre dictam curiam per triennium inhabitare pro censu annuo de quo conveniremus, ex tribus predictis annis uno jam elapso recepimus et recipimus a festo instanti et presenti apostolorum Petri et Pauli ad duos annos pro libra cere singulis annis danda curiam memoratam. In hujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus appendendum. Dat. Basilee, anno domini M°C°LXX°X, in apostolorum vigilia predictorum.

Digitized by Google

312. *Sohn und Tochter Heinrichs des Brotmeisters verkaufen den Töchtern Konrads, des Decans von St. Peter, die Hälfte eines Hauses.* — *1280 Juni 29.*

Original im BA. Kolmar, Comthurei Basel nº 1 B (A).
Das (hängende) Siegel fehlt.

. . officialis curie Basiliensis universis presentes literas[a]) inspecturis salutem in domino. Noverint universi, quos nosee fuerit oportunum, quod constituti in nostra presentia Henricus filius quondam Henrici magistri panificum Basiliensis canonicus[b]) sancti Petri Basiliensis et Margareta soror sua carnalis sub anno domini M̊C̊C̊LX̊X̊X, tereio kal. julii, dederunt, vendiderunt et tradiderunt jure proprio imperpetuum Agnese et Margarete filiabus domini Ch̊nradi deeani ecclesie sancti Petri Basiliensis mediam partem domus ipsorum site in Winartesgassen eivitatis Basiliensis cum euria et suis ibidem, sive consistant in edificio sive non, pertinentiis universis ad habendum, tenendum, possidendum pro preeio viginti quinque marcarum argenti ponderis Basiliensis, quod precium dicti venditores confessi sunt et contenti se ab ipsis emptrieibus habuisse et reeepisse ae eis integre datum, solutum et numeratum esse, exceptioni eis non dati, non soluti et non numerati precii et omni auxilio juris eanoniei et civilis, per quod predieta venditio valeret imposterum retraetari, renunciantes, quam domum et euriam et cujus possessionem accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps eis licentiam omnimodam dederunt promittentes per se et suos heredes dictis emptricibus pro se et heredibus litem vel eontroversiam de dicta domo seu parte ipsius ullo tempore non inferre nec inferenti eonsentire sed ipsam domum, ut dictum est, eum suis pertinentiis tam in proprietate quam in possessione eis et suis heredibus ab omni homine et universitate legittime defendere, aueto-rizare et disprigare et predietam venditionem et omnia et singula supra-scripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire de jure vel de faeto et prestare debitam et legittimam warandiam. Item dicti venditores remiserunt eoram nobis in forma juris paetum seu conditionem, quam de alia media parte ejusdem domus sue dicte emptriees feeerant, videlicet quod, si quando suam partem predictam vendere vel distrahere seu dare vel aliquo alio modo in aliam personam transferre vellent vel proponerent in futurum, quod ipsam partem domus exclusis omnibus aliis pro preeio viginti marcarum transferre deberent in venditores memoratos predietas emptriees, ut dictum est, a conditione et paeto prehabitis libere absolventes. In eujus facti memoriam sigillo nostro presens litera est signata. Testes: dominus Petrus custos, magister Henricus eantor, V̊lrieus de Blazhein canonici eeelesie saneti Petri Basiliensis, dominus Ch̊nradus dietus R̊ber, dominus Henricus Vorgassen milites, et alii quamplures fide digni. Datum anno et die supradictis.

---

312. a) as *auf Rasur in A.* b) canonici *in A.*

313. *Das Kloster St. Alban leiht dem Kloster Klingenthal Güter zu Erbrecht.* — *1280 Juni* —

Original Al. nº 42 (A). — Deutsche Übersetzung in Kl. A. fol. 337ᵛ. Das (eingehängte) Siegel fehlt.

Nos Stephanus prior et conventus sancti Albani Basiliensis notum facimus universis, quod nos agros infra scriptos, qui ab ecclesia nostra sub jure hereditario et censu infra nominato tenentur, religiosis in Christo . . priorisse et conventui de Chlingental immo nomine ipsorum uni persone fratri Johanni converso ipsorum concessimus sub jure premisso et censu infra scripto, videlicet quatuor jugera que emerunt ab illis de sancta Clara et relicta dicti Basiler, que solvunt nobis viginti denarios, item duo jugera que emerunt a Johanne dicto Shônkint, que solvunt nobis sex denarios, item unum juger quod emerunt a relicta dicti Zebel, quod solvit duos denarios, quod erit in universo XXVIII denarii. Et sciendum, quod a persona predicti conversi de censu honorario, qui vulgo dicitur ershaz, ecclesia nostra tuta erit. In cujus facti memoriam sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Dat. anno domini M̊C̊C̊LXX̊X, mense junio.

314. *Ritter Mathias von Eptingen verkauft dem Kloster Olsberg Güter in Augst.* *Basel 1280 Juli 15.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 113 (A).

* *Boos 101 nº 143.*

Drei hängende Siegel: 1. Domdecan Konrad (nº 23). 2. Peter Schaler (nº 106). 3. † S . MATHIE . MILITIS . DE . EPTINGEN.

Ego Mathias de Eptingen miles notum facio universis presentem literam inspecturis, quod ego possessiones meas apud Ovgst, quascunque in villa et banno ibidem habui, que mihi solvebant annuatim sex verinecllas annone et viginti tres solidos denariorum, cum omnibus pertinentiis, pratis, agris, silvis, viis, inviis, cultis et incultis de consensu et voluntate liberorum meorum Mathie, Wernheri, Heinrici et Anne juste et legaliter vendidi religiosis in Christo . . abbatisse et conventui sanctimonialium de Olsperch pro certa summa pecunie viginti marcis argenti, quas me profiteor recepisse. Et dictas possessiones unâ cum predictis liberis meis in forma judicii, presidente Hugone de Gundolstorf nomine sculteti domini Petri Shalarii militis Basiliensis, tradidi adhibitis omnibus observationibus, que de jure vel consuetudine fuerant adhibende, et ipsas religiosas in possessionem vacuam et quietam predictarum possessionum ad eas jure proprietatis deinceps spectancium misi et mitto, promittens debitam et justam warandiam. In cujus facti memoriam presentem literam honorabilium domini C[hv̂nradi] decani et P[etri] sculteti predicti Basiliensium et meo sigillis procuravi et petii sigillari. Nos Chv̂nradus decanus majoris ecclesie, Petrus Shalarius scultetus Basiliensis rogatu predicti militis sigilla nostra appendimus in testimonium veritatis. Testes:

Diethelmus archidiaconus de Svncowe, Heinricus plebanus de Ovgst clerici, Chono de Ramstein, Diethelmus Camerarius, Chonradus vor Gazzen milites a), Heinricus de Arguel, Heinricus Ceizo laici et alii quamplures. Act. anno domini M̊C̊C̊LXX̊X, in die beate Margarete virginis.

315. *Das Kloster St. Alban und sein Meier in Kembs vergleichen sich über ihre gegenseitigen Rechte und Pflichten in betreff der Güter daselbst.* *Basel 1280 Juli 26.*

Original Al. nº 43 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 68ᵇ (B). — Deutscher Auszug in Al. L. pag. 287.

Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (nº 36).

. . officialis curie Basiliensis omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Mota questione inter religiosos . . priorem et conventum monasterii sancti Albani Basiliensis Cluniacensis ordinis ex parte una et Rodolfum villicum eorum in Kemz ex altera, causaque diu in forma juris ventilata, tandem coram nobis eadem questio per viam amicabilis composicionis taliter est sopita: dictus prior et conventus remiserunt omnem actionem seu questionem in judicium tunc deductam, que occasione dampni per villicum eis usque ad id tempus illati, expensarum in lite factarum seu interesse ipsis conpetebat vel conpetere videbatur; in quorum tamen aliqualem reconpensationem villicus receptis ab eis quinque libris denariorum tradidit ipsis et eorum monasterio domum noviter edificatam apud Kemz, quam inhabitabat, sitam in fundo bonorum monasterii prelibati et ipsos in ejusdem domus misit possessionem vacuam et liberam coram nobis. Tenetur autem dictus villicus . . priorem et conventum de vino nomine advocatie debito de vineis apud Rinwiler, quantum preteritos annos respicit, indempnes penitus conservare et cessare a petendis et recipiendis censibus monasterii sancti Albani debitis, quod ad ipsum antea ratione sui officii pertinebat, sed prior et conventus per proprium nuncium eos requirent et colligent, cui villicus fideliter et efficaciter cooperabitur, si ab eo fuerit requisitus, in illo casu officii sui debitum exequendo. Et licet exoneratus in hac parte villicus videatur, non tamen propter hoc minus percipiet quicquid ratione intragii seu juris, quod dicitur val, ad officium villicationis sue dinoscitur pertinere. Sciendum preterea, quod de possessionibus pertinentibus ecclesie sancti Albani, quas nunc colunt . . prior et conventus per se vel per colonos, quibus medietatem sumptuum amministrant, nec intragium nec jus, quod val dicitur, villico dabunt, sed liberaliter ea colent respectum super hiis ad villicum non habendo. Sed si forsan iidem prior et conventus possessiones hujusmodi, si que per mortem, cessionem vel quocunque modo vacarent in futurum, colere vellent, si eas simpliciter per se sine amminiculo colunt alieno, villico de intragio vel jure val prehabitis nichil dabunt, verum si per colonum, cui sumptus pro parte media ministrabunt, liberi erunt quantum ad se pertinet,

---

314. a) milites *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

sed quantum ad colonum, qui pro medietate contribuit, mediam partem intragii et medium jus val temporibus suis dabunt, adjecto quod, si possessiones, quas nunc eolunt, de quibus villico nichil solvunt, concedere voluerint in posterum in emphiteosim vel ad vitam aut ad certos annos, villicus tam de intragio quam de jure val suis conmodis et utilitatibus non fraudetur. Hane autem conpositionem partes voluntarie aceeptantes ad ejus observationem hinc inde sub pena se decem marcarum, quas pars contra eam veniens alteri dare tenebitur, obligarunt . . priore et eonventu predictis se obligantibus sub ypoteca rerum monasterii sui per literas eorum sigillis conmunitas, villico vero per fidejussoriam cautionem videlicet per dominum Vineentium viceplebanum de Lůmeswilr, Cůnradum et Rodolfum dietos de Vfhein milites, Růdigerum fratrem ipsius villici et Heinricum de Landesere dictum de Eschbach, qui omnes in solidum se fidejussores et debitores pene deeem marcarum prehabite, si villieus in eam inciderit, statuerunt. In testimonium premissorum presens earta sigillo eurie Basiliensis est munita. Nos Vineentius viceplebanus de Lůmeswilr, Cůnradus et Rodolfus dicti de Vfhein milites, Růdigerus et Heinricus de Landesere predieti eonfitemur nos fidejussores et debitores esse in solidum pene prescripte, prout superius continetur. Act. seu dat. Basilee, anno domini MCCLXXX, vĩ. kal. augusti.

316. *Das Stift St. Peter leiht dem Stift St. Leonhard ein Haus.* — *1280 August 1.*

*Original Lh. n° 45ª (A). — Abschrift in Lh. H. fol. 9 n° 39 (B). — * Lh. A. fol. 72ᵛ. — * Lh. D. fol. 164ᵛ. — * Lh. B. fol. 86.*

Trouillat 2, 327 n° 250 nach B. Hier ist zu lesen S. 327 Z. 22: Gerdrudis. — ** Arnold 41.*

Die Schrift ist durch Feuchtigkeit sehr beschädigt. Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: domus Sefridi.

Das Siegel fehlt.

317. *Das Stift St. Peter tauscht mit dem Kloster Klingenthal Güter zu Ötlingen gegen Güter und Zinse zu Basel, Benken, Uffheim, Sierenz und Häsingen.* *Klein-Basel 1280 August 8.*

*Originale Kl. n° 83 (A) und Pt. n° 58 (A¹). — Unvollständige deutsche Übersetzung von A aus dem 16. Jh. mit dem unrichtigen Datum 1286 in Kl. Ppurk. n° 52. — * Kl. B. fol. 403. — * Kl. R. fol. 59.*

A und A¹ sind von der gleichen Hand geschrieben.

An Bändern hängen je zwei Siegel: an A: St. Peter (n° 40) und Propst Konrad (n° 41); an A¹: Klingenthal (n° 65) und Predigerprior (n° 60).

A.

Universis Christi fidelibus Chůnradus prepositus, Chůnradus decanus totumque capitulum eeclesie sancti Petri Basiliensis noticiam rei geste. No-

A¹.

Universis Christi fidelibus nos . . prioris-sa et conventus monasterii de Klingental siti in minori Basilea dyocesis Constantiensis ordinis sancti Augustini secundum institutio-

verint universi tam presentes quam posteri, quod nos pensatis utilitate et conmoditate ecclesie nostre possessiones nostras in villa Ottelinkon dyocesis Constantiensis tam directo quam utili dominio ad nostram ecclesiam pertinentes ita, quod per nullas conditiones seu servitutes perpetuas cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, cum banno, districtu, honore, pratis, nemoribus, aquis, aqueductibus, pascuis, agris, cultis, incultis, cum omnibus pertinentiis, vineis nostris, custodia, banno seu districtu dictarum vinearum dumtaxat exceptis, ad reverendas in Christo . . priorissam et conventum dominarum de Klingental in minori Basilea Constantiensis dyocesis secundum regulam beati Augustini et institutiones fratrum Predicatorum degentes per contractum et titulum permutationis transtulimus pleno jure. Et prefate domine conmunicato[a]) consensu et habito consilio . . prioris fratrum Predicatorum domus Basiliensis utilitatem monasterii dictarum dominarum contemplantes et multiplicem possessionum in ipsas translatarum conmoditatem, et quod nichil in lesionem earum per dictum contractum sit actum vel etiam attemptatum, turrim seu domum dictam Schalon sitam in civitate Basiliensi jure directi dominii ad ipsas pertinentem, quam Vlricus de Hadstat civis Basiliensis jure hereditario pro annuo censu octo librarum monete Basiliensis possidet a monasterio memorato, et redditus quatuor solidorum de domo, quam Trenlinus civis Basiliensis a monasterio predicto jure hereditario possidet, cum omni jure ad ipsum monasterium pertinentes; item redditus decem et septnes fratrum Predicatorum degentes noticiam rei geste. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod nos conmunicato consensu et habito consilio . . prioris fratrum Predicatorum domus Basiliensis contemplantes utilitatem monasterii nostri et conmoditatem multiplicem possessionum de Ottelinkon dyocesis Constantiensis ad ecclesiam sancti Petri Basiliensis pleno jure pertinentium titulo permutationis ad nos transferendarum, et quod nichil in lesionem monasterii nostri per subsequentem contractum permutationis attemptabitur vel agetur, turrim seu domum dictam Schalon sitam in civitate Basiliensi jure directi dominii ad nostrum monasterium pertinentem et quam Vlricus de Hadstat civis Basiliensis jure hereditario pro annuo censu octo librarum usualis monete a dicto nostro monasterio possidet, et redditus quatuor solidorum de domo, quam Trenlinus civis Basiliensis a monasterio nostro predicto jure hereditario possidet, cum omni jure ad ipsum nostrum monasterium pertinentes[b]); item redditus decem et septem viertzellarum, quarum sunt XI spelte et sex avene, de possessionibus in Benkon ad nostrum monasterium directo et utili dominio pertinentibus ita, quod per nullas conditiones seu servitutes perpetuas cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, una cum ipsis possessionibus provenientes; item redditus sex viertzellarum, quarum sunt tres siliginis et tres avene, de possessionibus in villa Ufhein ad nostrum monasterium directo et utili dominio pertinentibus ita, quod per nullas conditiones seu perpetuas servitutes cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, provenientes cum suis pertinentiis universis; item redditus unius viertzelle spelte de possessionibus ita, quod per nullas conditiones seu perpetuas servitutes cuiquam alteri sunt[c]) vel fuerunt obnoxie, sitis in banno ville Sierenza, que a nobis et nostro monasterio jure hereditario possidentur; item redditus

317. a) *nach* conmunicato *folgt* consilio *durchgestrichen in A.* b) pertinentem *in A*[1]. c) *nach* alteri *folgt* sint *durchgestrichen in A*[1].

tem vierncellarum, quarum sunt XI[d]) spelte et sex avene, de possessionibus in Benkon jure directi dominii et utili ad ipsas pertinentibus[e]) ita, quod per nullas conditiones perpetuas seu servitutes cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, unâ cum ipsis possessionibus provenientes; item redditus sex vierncellarum, quarum sunt tres siliginis et tres avene, de possessionibus sitis in banno ville Ufhein jure directi dominii ad ipsas pertinentibus[e]) ita, quod per nullas conditiones perpetuas seu servitutes cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, provenientes cum suis pertinentiis universis; item redditus unius viernelle spelte de possessionibus in banno ville[f]) Sierunze sitis jure directi[g]) dominii ad ipsas pertinentibus[e]) ita, quod per nullas conditiones perpetuas seu servitutes cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, tamen ab ipsis jure hereditario possidentur; item redditus quinque librarum et duorum solidorum usualis monete, qui redditus consistere debent in annona de certis possessionibus proprietariis ita, quod per nullas conditiones perpetuas seu servitutes cuiquam alteri sint obnoxie, pro quibus redditibus Chv̊nradus ad Pulchram domum civis Basiliensis obligat et obligavit possessiones suas sitas in banno ville Hesingen, hoc adjecto, quod, quandocunque predicte domine de Klingental nobis assignaverint reditus quinque librarum et duorum solidorum Basiliensis monete, ut dictum est, a civitate Basiliensi infra miliare et dimidium sitos in uno loco vel duobus, cessabit obligatio memorata, permutando cum debitis sollempnitatibus in vos et vestram ecclesiam libere et concorditer quinque librarum al duorum solidorum usualis monete, qui redditus consistere debent in annona ad estimationem communem, pro quibus redditibus Chv̊radus ad Pulchram domum civis Basiliensis obligat et obligavit possessiones suas sitas in banno ville Hesingen, hoc adjecto, quod, quandocunque prefato capitulo sancti Petri Basiliensis assignaverimus redditus quinque librarum et duorum solidorum Basiliensis monete, ut dictum est, a civitate Basiliensi infra miliare et dimidium sitos in uno loco vel duobus, cessabit obligatio memorata, da certis tamen possessionibus proprietariis ita, quod per nullas conditiones seu perpetuas servitutes cuiquam alteri sint obnoxie, permutando cum debitis solempnitatibus libere et concorditer transtulimus in memoratam ecclesiam sancti Petri Basiliensis pro rebus et possessionibus, sicut subnotatur. Ex parte vero prefate ecclesie sancti Petri[h]) Basiliensis . . prepositus, . . decanus totumque capitulum possessiones in villa Ottelinkon dyocesis Constantiensis tam directo quam alili dominio ad prefatam ecclesiam sancti Petri pertinentes ita, quod per nullas conditiones seu perpetuas servitutes cuiquam alteri sunt vel fuerunt obnoxie, cum banno, districtu, bonora, pratis, uamoribus, aquis, aqueductibus, pascuis, agris, cultis, incultis, eum omnibus pertinentiis, vineis ipsorum, custodia, banno seu districtu dictarum vinearum dumtaxat exceptis, ad monasterium nostrum pleno jure cum omnibus pertinentiis transtulerunt per contractum et titulum permutationis. Et ut dictus contractus nequeat ab aliquibus impugnationibus irritari vel modo quolibet retractari, recognitum est hinc et inde atque actum, quod auctoritate et consensu seu ratihabitione venerabilium in Christo patrum ac dominorum R[udolfi] et H[einrici] Constantiensis et Basiliensis episcoporum seu suorum[i]) vicariorum, prout ipsorum ordinariorum potestas requirit, predictum contractum procurabunt et facient confirmari. Et

317. d) *nach* XI *folgt nochmals* sunt *durchgestrichen in A.* e) pertinentes *in A.* f) ville *übergeschrieben in A.* g) directi *zweimal geschrieben in A.* h) Petri *von gleicher Hand übergeschrieben in A*[1]. i) *nach* suorum *folgt* ordinariorum *durchgestrichen in A*[1].

transtulerunt. Et ut predictus contractus nequeat aliquibus inpugnationibus irritari vel modo quolibet retractari, recognitum est et actum hinc et inde, quod auctoritate et consensu seu ratihabitione venerabilium in Christo patrum ac dominorum H[einrici] et R[udolfi] dei gratia Basiliensis et Constantiensis episcoporum aut suorum vicariorum, prout ipsorum ordinariorum potestas requirit, predictum contractum procurabunt et facient communiri. Et renunciatum est etiam hinc et inde beneficio restitutionis in integrum, exceptionibus doli, metus et beneficio constitutionis hoc jus porrectum, et omnibus beneficiis juris canonici et civilis seu etiam consuetudinarii. In premissorum testimonium et in evidentiam pleniorem presentem kartam sigillis . . prepositi et capituli nostri tradidimus consignatam presentibus C[hv̊nrado] decano, magistro H[einrico] cantore dicto de Wilon, H[einrico] Magistri panis canonicis dicte ecclesie sancti Petri, item sorore Ita priorissa dicti monasterii de Klingental, sorore Adelheida de Vtinhein, sorore Lůgardi Baslerin, sorore Berchta Merschandin et aliis quampluribus fide dignis, anno domini M̊C̊CLXX̊X, sexto idus augusti.

renunciatum est etiam hinc et inde beneficio restitutioois in iotegrum, excepiionibus doli, metus et beneficio constitutioois hoc jos porrectum, et omnihos beneficiis juris canonicl et civilis seo etiam coosoetodinarii. In premissorum testimonium et in evidentiam plenlorem presenlem kartam sigillis nostris tradimus coosigoatam, item sigillo . . prioris fratrum Predicatorum domus Basiliensis, cujus consilio facta fuit permutatio prelibata. Actum in minori Basilea, presentibus Chv̊nrado decano ecclesie sancti Petri, magistro H[einrico] de Wilon cantore ejusdem ecclesie, H[einrico] Magistri panis concanonico predictorum, sorore Ita priorissa, sorore Adelheida de Vtinhein, sorore Lůgardi Baslerin, sorore Berchta Merschandin et aliis quamploribus, anno domini M̊C̊CLXX̊X, sexto Idos augusti.

318. *Ritter Werner von Ramstein und seine Frau verkaufen dem Kloster Klingenthal Güter zu Ötlingen. Basel 1280 August 9.*

*Original Kl. n° 82 (A). — Abschrift aus dem 18. Jh. und deutsche Übersetzung aus dem 16. Jh. in Kl. Ppurk. n° 52. — * Kl. B. fol. 403.*

An Bändern hängen drei Siegel: 1. Official (n° 38). 2. Stadt (n° 140). 3. Werner von Ramstein (n° 94).

. . officialis curie archidiaconi Basiliensis universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus eorum noticiam, que sequuntur. Noverint universi, quod constituti in nostra presencia dominus Wernherus de Ramstein miles et Margaretha legitima sua conjunx sponte et libere . . priorisse et conventui dominarum de Klingendal in minori Basilea dyocesis Constantiensis secundum regulam beati Augustini et institutiones fratrum Predicatorum

degentibus omnes possessiones, quas in villa Ottelichon Constantiensis dyocesis tam directo quam utili dominio ad cos spectantes tamquam propria non feodalia vel emphyteotica absque omni servitute temporali seu perpetua cum banno, districtu, honore, pratis, nemoribus, aquis, aqueductibus, pascuis, agris, cultis et incultis, cum omnibus pertinentiis, vineis exceptis et jure spectanti ad vineas, vendiderunt et tradiderunt pro viginti tribus marcis puri et legalis argenti, quod argentum confessi fuerunt sibi appensum et numeratum fuisse, renunciantes exceptioni non numerate seu non tradite pecunie, ad ipsarum dominarum monasterium possessionem vacuam transferendo, obligantes se, heredes suos seu quoscunque successores de evictione, de prestanda warandia, cum necesse fuerit et fuerint requisiti. Item predicta domina Margaretha prenotatam venditionem et omnia alia et singula[a]) suprascripta pro se et suis heredibus seu successoribus promisit tenere et observare et non contravenire fide prestita nomine juramenti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis universitatis civium Basiliensium et domini Wer[nheri] prefati presentibus est appensum. Actum presentibus magistro Heinrico de Wilon cantore ecclesie sancti Petri Basiliensis, domino Cv̊none de Ramstein milite, Walthero de Tegeruelt filio domini . . Blawarii militis, et Cv̊nrado Ludewici cive Basiliensi testibus rogatis et vocatis, anno domini M̊CC̊LXX̊X, in vigilia beati Laurentii martyris, in civitate Basiliensi.

319. *Der Caplan Arnold leiht dem Peter Senftelin und dessen Frau Güter in Klein-Basel zu Erbrecht.* *Basel 1280 August 19.*

Original St. Urk. nº 54 (A).
Eingehängtes Siegel des Caplans Arnold (nº 80).

Ego Arnoldus cappellanus domini . . episcopi Basiliensis notum facio universis presencium inspectoribus eorum noticiam, que secuntur. Noverint universi et singuli, quod, cum Renherus dictus Wûste civis Basilee[a]) minoris Constantiensis dyocesis agros, vineas et pratum, qui ager, que vinee et quod pratum sunt siti in banno minoris Basilee predicte et spectare dinoscuntur ad cappellaniam cappelle beati[b]) Jacobi, que sita fuit retro ecclesiam Basiliensem majorem, a me jure hereditario teneret et possideret pro annuo censu decem solidorum, dictus Renherus ipsam hereditatem in manus meas libere et absolute resignavit petens, ut ipsam hereditatem sub prefato jure Petro Senftelino et Elline uxori sue legitime civibus minoris Basilee concederem et assignarem. Ego consenciens dicti Renheri petitioni et considerans utilitatem dicte cappellanie dictos agros, vineas et pratum prefatis Petro et Elline uxori sue pro censu decem solidorum usualis monete singulis annis solvendorum concedo et assigno presentibus jure hereditario tenendos et libere possidendos mittens ipsos in vacuam possessionem eorundem. Est tamen adjectum, quod manu mutata nomine honorarii, quod vulgo dicitur

---

318. a) *nach* singula *folgt* supra *durchgestrichen in A.*

319. a) *corrigiert aus* Basilien *in A.* b) beati *übergeschrieben von gleicher Hand in A.*

erschatz, tres solidi denariorum persolvuntur. Dat. et actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊X, XIIII. kl. septembr. In premissorum testimonium sigillum meum duxi presentibus appendendum.

320. *Bischof Albert von Marienwerder verheisst den Besuchern der von ihm in der St. Leonhardskirche geweihten Altäre Ablass.* *Basel 1280 August 25.*

Original Lh. n° 45 (A). — * *Lh. D. fol. 215 und 229.*

An rother Seidenschnur hängt das Siegel: .... ACIA . EPC . ISVLE . SCE . MALIE.

Albertus divina miseratione episcopus Insule sancte Marie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes literas inspecturis salutem in dominorum domino dei filio Jesu Christo. Gloriosus deus in sanctis suis in ipsorum glorificatione congaudens in veneratione beate Marie semper virginis eo jocundius delectatur, quo ipsa utpote mater ejus effecta meruit altius ceteris sanctis in celestibus collocari. Hinc est, quod, cum nos apud dilectos nobis in Christo dominos ecclesie sancti Leonardi Basiliensis de ordine sancti Augustini episcopi tria altaria, videlicet unum in choro in honore beati Bartholomei apostoli, doctoris beati Augustini et sancti Leonardi confessorum, secundum extra chorum, quod est in dextro latere, in honore beate et gloriose virginis dei genitricis Marie et beati Johannis ewangeliste, tercium in sinistro latere vero in honore sancte crucis, sancti Nicholai, beati Erasmi et sancti Gothardi confessorum divina nobis favente clemencia dedicaverimus, omnibus penitentibus et confessis, qui prefatum locum in festivitatibus prenotatis, videlicet virginis gloriose beate Marie ceterorumque sanctorum suprascriptorum et precipue sancti Augustini et Leonardi, quos, sicut specialiter ipsorum ecclesia horum est insignita vocabulo, ita specialis prerogativa convenit honorari, ac in dedicationis annue eorundem altarium festivitatibus majoris altaris, que occurrit singulis annis in octava penthecostes, secundi in dextro latere proxima dominica ante assumptionem beate virginis, tercii quod est in sinistro dominica proxima post epiphaniam, venerabiliter cum cordis contricione et humilitate visitaverint[a]) annuatim, de dei omnipotentis misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ac ea quam nobis licet indignis deus contulit auctoritate confisi octoginta dies venialium[b]) de injuncta sibi penitentia in nomine domini misericorditer indulgemus. Dat. Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊X, in crastino beati Bartholomei apostoli.

321. *I. Das Kloster Seldenau verkauft dem Stift St. Leonhard ein Haus in Basel.* *Basel 1280 Oktober 6.*

Original Lh. n° 8 (A). — * *Lh. D. fol. 151ᵛ.* — * *Lh. B. fol. 65ᵛ mit*

---

320. a) si *in* visitaverint *übergeschrieben in A.* b) venialium *auf Rasur, hinter* venialium *folgt auf Rasur* et duas karrinas *durch Punkte getilgt in A.*

dem falschen Datum 1232, und in der Directoriums-Registratur (Pred. G) von 1693 p. 271 mit Angabe der Lage des betreffenden Hauses auff dem Parfüßerplatz neben dem hauß zum Straußen.

An Pergamentstreifen hängen zwei Siegel: 1. Abt von Wettingen (nº 71). 2. † S . ABBATISSE . DE . SELDENOWA.

II. Das Kloster Seldenau verkauft Berthold dem Färber und dessen Schwester Häuser in Basel. *Basel 1280 Oktober 6.*

*Original Lh. nº 46 (A). — * Lh. D. fol. 171ᵛ. — * Lh. B. fol. 111.*

Eingehangt dieselben Siegel.

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

I.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus E[lisabeth] abbatissa et conventus monasterii de Seldenowe Cistereiensis ordinis, Constantiensis dyocesis, salutem et eorum noticiam, que secuntur. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod nos prehabita conmuni deliberatione et auctoritate venerabilis in Christo patris nostri . . abbatis de Wetingen necnon Dietrici dicti Peigerli et Mecht[ildis] uxoris ejusdem plenaria interveniente domum nostram sitam Basilee in vico Eselturli retro domum O. pellificis contigue, quam nobis predictus D[ietricus] et uxor ejus constituti in forma judicii cum omni jure sibi conpetenti in eadem domo libere et voluntarie contulerunt, viro religioso preposito ecclesie saneti Leonardi Basiliensis pro triginta tribus libris denariorum Basiliensium vendidimus et vendimus scripto cum presenti, quam pecuniam confitemur nos recepisse et in usus monasterii nostri convertisse et, ut in predicto venditionis contractu jam nominato . . preposito et sue ecclesie plene ćaveatur, renunciamus omni exceptioni non numerate peeunie, non tradite,

II.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus E[lisabeth] abbatissa et conventus monasterii de Seldenowa Cisterciensis ordinis, Constantiensis dyocesis, salutem in domino et eorum noticiam, que secuntur. Noverit universitas vestra, quod nos prehabita [conmuni] [a]) deliberatione et auctoritate venerabilis in Christo patris nostri . . abbatis de Wetingen necnon voluntate Dietrici dicti [Peigerli] [a]) et Mechtildis uxoris ejusdem plenaria interveniente domus nostras sitas [b]) extra portam civitatis Eselturli . . . [f]ulle, [c]) quas nobis predictus D[ietricus] et uxor ejus constituti in forma judicii cum omni jure sibi in eisdem domibus conpetenti libere et voluntarie contulerunt, honesto viro Berchtoldo [Ver]wario civi Basiliensi et . . . [c]) sorori sue pro xxx^{ta} iii^{bus} libris denariorum Basiliensium vendidimus et scripto vendimus [cum] [a]) presenti, quam pecuniam confitemur nos recepisse et in usus monasterii nostri convertisse et, ut in predicto vendicionis contractu jam nominato Berchtoldo et Ro. [c]) plene [caveatur] [d]), renuncismus omni exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, beneficio restitutionis in integrum, literis inpetratis et inpetrandis a domino papa et omni privilegio et auxilio juris canonici et civilis, per que nos vel monasterium nostrum contra dictas personas seu successores eorum juvari

321. a) *unleserliche Stelle in II ergänzt aus I.* b) *corrigiert aus* domum nostram sitam *in A.* c) *unleserliche Stelle in A.* d) caveatur *fehlt in A.*

non recepte, beneficio restitutionis in integrum, literis inpetratis et inpetrandis a domino papa et omni privilegio et auxilio juris canoniei et eivilis, per e) que nos et monasterium nostrum eontra dietum dominum prepositum seu ejus ecclesiam juvari possemus in posterum vel defendi. In quorum evidentiam et probationem sigillum religiosi patris nostri . . abbatis de Wetingen pariter et nostrum presentibus volumus apponi et proeuravimus similiter predicto contraetu venditionis perpetue duraturo. Nos . . abbas de Wetingen pro signo consensus nostri dedimus et damus in testimonium predietorum et ad preces memorate abbatisse et conventus sigillum nostrum poni feeimus ad presentes. Testes hujus rei sunt Bur. eellerarius noster, V̊lrieus Cardo, V̊lrieus pistor, Hugo Brogant, Will[elmu]s de Machstat cives Basilienses. Dat. et aetum in claustro saneti Leonardi, anno domini M̊CC̊LX̊X̊X, i̊i. n̊. oct.

possemus in posterum vel defendi. In quorum evidenciam et probationem sigillum religiosi patris nostri . . abbatis de Wetingen psriter et nostrum presentibus volumus adpnni et proeuravimus similiter predieto contractu venditionis perpetne duraturo. Nos . . abbas de Wetingen pro signo consensus nostri dedimus et damus in testimonium predietorum et ad preces memorate abbatisse et conventus sigillum nostrum poni fecimus ad presentes. Testes autem hujus rei sunt H[einrieus] prepositus sancti Leonardi, dominus N. Verwarius, V̊lricos sd Cardinem, V̊lrieus de Blazheim, C. pistor, Hugo Brogant, et Wil[helmus de Machstat] cives Basilienses. Dat. et act. in elaustro sancti Leonardi Basiliensis, annn domini M̊C̊LX̊X̊X, i̊i. n̊. octob.

322. *Das Kloster St. Clara verkauft dem Rudolf Esel sein Recht an einem Hause, welches Rudolf vom Kloster zu Erbrecht besitzt.* *Basel 1280 Oktober 12.*

Original Cl. nº 22 (A).

An Schnüren hängen vier Siegel: 1. Official (nº 38). 2. St. Clara (nº 67). 3. † S . FRM . MINOR . IN . BASILEA. *4. Stadt (nº 140).*

Nos . . officialis eurie archidiaeoni Basiliensis notum faeimus universis, quod in nostra presencia eonstituti Gerungus ad Rubeam domum eivis Basiliensis et frater C̊vnradus sutor proeuratores generales et habentes liberam administrationem . . abbatisse et conventus monasterii de sancta Clara in ulteriori Basilea pure et simpliciter deliberatione habita inter se et eonmunicato eonsilio toeius conventus ob urgentem necessitatem et evidentem utilitatem et maxime ob eonstruetionem domus earum et monasterii vendiderunt et tradiderunt R̊vdolfo dieto Asino civi Basiliensi redditus et omne jus, quos habebant in domo sita prope domum V̊lriei de Thurego et ex opposito domus dicte zem Hôbte in civitate Basiliensi, quam predictus R̊vdolfus ab eis jure hereditario possidebat, cum omnibus juribus et pertineneiis ad eas

321. e) per *fehlt in A.*

et earum monasterium pertinentibus pro viginti quatuor marcis argenti puri et boni, quam pecuniam confessi fuerunt se recepisse et appensam sibi fuisse, obligantes se de evictione et prestanda warandia, quocienscunque fuerint requisite, renunciando beneficio restitutionis in integrum, privilegiis a papa vel ab imperatoribus concessis ac omni juris auxilio canonici et civilis. In premissorum testimonium ad petitionem predictarum parcium sigillum curie nostre una cum sigillis gardiani fratrum Minorum in Basilea, universitatis civium Basiliensium et predictarum abbatisse et conventus monasterii sancte Clare presentibus appendi fecimus et apponi. Dat. et actum Basilee in nostro consistorio, anno domini M°C°LXX°X, sabbato proximo ante festum beati Galli, presentibus domino C°nrado sacerdote dicto Fabro, domino Johanne R°bario milite, magistro R°[dolfo] dicto de Rinuelden, Heinrico Lieb°ge aurifabro, . dicto Sintze, C°nrado de Spalon et Petro de Thurego civibus Basiliensibus, testibus rogatis.

323. *Wetzel von Riespach und seine Frau verkaufen dem Kloster St. Maria Magdalena Güter zu Walheim.*

Basel 1280 Oktober 31.

*Original MM. n° 12 (A). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 182°. — * MM. K. fol. 280°.*

An Pergamentstreifen hängt nur noch das Siegel des Officials (n° 38).

. . officialis curie archidiaconi Basiliensis et cetera. Anno domini M°C°LX°X°X, in vigilia omnium sanctorum, constituti coram nobis in forma juris Wetzelo de R°spach et Petrissa uxor sua legitima vendiderunt et tradiderunt per manus liberorum suorum . . priorisse et conventui dominarum ad Lapides civitatis Basiliensis duas curias sitas in villa Walon in Suntgaugia cum omnibus bonis, juribus, servitutibus in agris, pratis et casalibus seu ortis, que bona predictus Wetzelo et uxor sua prefata habebant seu possidebant in dicta villa, quocunque jure seu titulo ad eos pertinerent, pro quindecim marcis puri et legalis argenti, obligantes se de evictione et de prestanda warandia, quando fuerint requisiti. Et quia prefata bona in dotem prefate Petrisse data fuerant et censebantur esse dotalia, juravit ipsa Petrissa prefatam venditionem et ipsum contractum ratum habere, observare et tenere et non contravenire juramento prestito corporali. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis testium subscriptorum, scilicet dominorum Johannis de Liestal, R°dolfi Kraftonis et Hugonis in Turri canonicorum Basiliensis ecclesie rogatu predictarum partium duximus presentibus appendendum. Dat. et actum Basilee, anno et die predictis, presentibus testibus prescriptis, item domino Arnoldo rectore ecclesie de Blatzhein, magistro V°lrico dicto Blatzhein canonico sancti Petri Basiliensis, Petro de Monasterio clerico, Johanne de Oberndorf et Bc. dicto Wagener cive Basiliensi.

324. *Heinrich von Rixheim verkauft Rudolf von Mülhausen dem Krämer die Hälfte seines Hauses. — 1280 November 12—18.*

Original Kl. nº 84 (A).
Eingehängtes Stadtsiegel (nº 140).

Wir Heinrich der Mv̈nch der burgermeister und der rat von Basil tůn kunt alremenlichem, dc Heinrich von Richensheim unsir burger sin hus halbez, da er inn ist, hat virchoufit recht und redlich mit des lenherren willen Rodolfe von Mvlnhusen dem kremer unsir burger umb nůn march silbers eins vierdungis minre, und ist dc hus geteilt mit disen gedingen, dc diz inhůse ist gemeine und der we[c] in [a]) den hof und in den garten und di[e p]rivate [a]) ist gemeine, und alse daz ander geteilt ist gedim[e] [a]) und garte, also sol ietweder haben daz sine und sol Rodolf wol buwen uf die mure und drin, als ez im wol chumt. Und alsus hat der lenherre Johans Helbelinc diz halbe hus virlůwen nach erbe rechte dem selben Rodolfe und sinr wirten Agnesen umbe den cins, der der von gat, ein pfunt pfenninge und ein rinc und einr und zwencic pfenninge ze jareiten. Und sol man dc wizzen, dc von dem halben hus niwan drizzic pfenninge gant vir den ershaz. Ouch sol man dc wizzen, dc dez hôvelin hinderm hus ist gemeine und [daz tach und der] [a]) chenel und die stegen inme hus sol man gemeine machen und buwen. Harubir gen wir dur [ir bei]der [a]) bette dir stat ingesigel zeim urkunde. Dez sint gezůge Chonrat her Ludewigs, V̊lrich der swerpfurbe, Johannes Rezagel, Willelmus von Vlme, Chonrat Glize, Peter der swerpfurbe, Chonrat der [st]reler, Wernher der streler und ander genůge. Diz ist geshehen, do man zalte von gottis gebůrte M̊CC̊LXX̊X jar, in der wuchen nach sante Martins mis.

325. *Das Stift Rheinfelden leiht einen Garten daselbst dem Johann Belz zu Erbe.* — *1280 November 25.*

Original Kl. nº 85 (A).
Eingehängtes Siegel des Capitels von Rheinfelden (nº 73).

Wir Eberhart der probest, Johans der dechan und . . allez daz . . cappitel zů Rinuelden tůn kůnt allen den, die disen briuef gesehent older horent lesen, daz wir hern Johans Belze einem bůrger von Rinuelden ůnde Hedewige siner wirten unde iren kinden uñ allen iren erben einen garten, der lit da man sprichet an dem Brůle, verlůwen han zů rehtem erbe. Von disem selben garten sol er ůns geben jerlich zů sente Martins mes aht schilingen Basiler. Daz diz war uñ stette blibe, so ist dirre briuef mit ůnsers . . cappitels ingesigel besigelt. Diz beschach, dů von unsers heiren gebůrt waren tůsent zwei hůndert ůnde ahtzich jar uñ an sente Katerinen tage.

326. *Bischof Albert von Marienwerder verheisst den Besuchern des von ihm in der Kirche St. Maria Magdalena geweihten Altars Ablass.* — *1280 Dezember 10.*

Eintrag von 1506 in MM. L. fol. 8.

---

324. a) *beschädigte Stelle in A.*

Ein latinscher brieff, der wüst, wie der hochwirdig fürst und herr Albertus byschoff der Insel sancte Marie gewicht hat ein altar in unserem gotzhus und cor in der er der seligen durchlüchten jungfrôw und mutter gottes Marie, och sant Johannes baptisten, sant Marien Magdalen, sant Augustinus, sant Niclaus und sant Cecilie virginis. Und dis het er gethon uss der gôtlichen gnedickeit allen büssenden . . [die] komen uff die ob gedochten hochzit och in der kilchwich och des altars, die do begangen sol werden uff den nechstenen sunentag vor sant Johans baptisten tag mit stür und hantreichung, verlicht er . . LXXX tag aplos teglicher sünd und zwo karrenen uff gesetzter bûs. Datum dies briffs M̊CCLXXX jor, quarto ydus decembris.

327. *Ritter Heinrich Pfaff verkauft den Lehen am Birsig das Recht, denselben über sein Land zu leiten.* — *1280 Dezember 17.*

Abschrift und Übersetzung in Vidimus von Bürgermeister und Rat vom 27. Juni 1413 im Archiv der Weberzunft, Urkunde n° 1 (B).

Als Bewerber um die Vidimation werden angeführt die sarwûrcker, mûller und sliffer unser burgere, die harnaschfêsser, mûlen und sliffen uf dem obern Birsich hand, in namen und an stat ir selbes und aller ander unser burgern, die ouch lehen uf dem obern Birsich hand.

Ego Heinricus dictus Phaff miles Basiliensis notum facio universis, quod ego contuli feodis universis sitis supra Birsicum in civitate et extra civitatem videlicet Vfenowe pro triginta solidis denariorum, quos me confiteor recepisse, jus dirigendi Birsicum per agrum meum situm juxta agrum Johannis quondam monetarii juxta Birsicum in eodem alveo, in quo jam Birsicus fluit. Et si propter inundationem aqua ab eodem alveo recederet, quicunque dicta feoda habuerint, tunc debent dicto agro uti sive terram de dicto agro accipere, ut dictum alveum valeant reparare, et debent in utraque parte Birsici per dictum agrum habere viam ad aquam juste dirigendam et ad alia eorum necessaria. Et in testimonium hujus sigillo meo et civitatis Basiliensis necnon domini Heinrici Kraftonis militis presens litera est signata. Nos magister civium et consules predicte civitatis et dominus Heinricus predictus rogatu domini Heinrici Pfaffen sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum anno domini M̊C̊CLXX̊X, XVI. kalendas januarii.

328. *Das Kloster St. Clara verkauft der Mechtild Vüller und deren Manne den Niessbrauch einer Mühle; die Ehegatten schenken dem Kloster Güter zu Neuweiler unter Vorbehalt des Niessbrauchs.* — *1280 Dezember* —

Original Cl. n° 23 (A).
An Pergamentstreifen hängt das Siegel von St. Clara (n° 67).

Universis presentem literam inspecturis . . abbatissa et conventus sancte Clare in ulteriori Basilea noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod nos usufructum molendini nostri vffen Ôwe siti juste et legaliter vendidi-

mus Mechtildi dicte Vůllerin et Heinrico de Eshbach marito suo pro certa summa pecunie septem marcis argenti, quas ab eis recepimus, ut ipsi ambo predictum usufructum jamdicti molendini habeant liberaliter, quamdiu vixerint, et uno defuncto alter, qui superstes fuerit, sive in seculo sive in religione fuerit, ipsum percipiat usufructum, ambobus vero defunctis ad nos libere revertatur. Est etiam condictum, si penuria vel egestate coacti dictum usufructum vendere voluerint, quod hoc licet, nobis tamen pocius quam aliis et melius vendere tenebuntur. Item contulerunt nobis possessiones suas sitas apud Nẃwilr solventes quinque verincellas videlicet tres spelte et duas avene, retento sibi usufructu in premissis possessionibus ita, quod, quamdiu vixerint, predictum usufructum habeant et altero defuncto alter, qui superstes fuerit, sive in seculo sive in religione fuerit, eundem habeat usufructum, ambobus vero defunctis ad nos usufructus cum proprietate libere devolvatur. Talis etiam pactio intervenit, quod, quando predicte possessiones ad nos fuerint devolute, nos duas verincellas spelte dare tenemur fratribus Minoribus domus Basiliensis ad colendum aniversarium nostrum. Similiter est condictum, quod Mechtildis antedicta licite potest, si voluerit, vendere possessiones antedictas pro suis necessitatibus, si sibi videbitur expedire. In cujus facti memoriam sigillum nostrum presenti litere duximus appendendum. Dat. anno domini M̊C̊C̊L.X̊X̊X, mense decembri.

329. *Das Stift St. Peter leiht dem Geistlichen Burchard von Bern Güter zu Erbrecht.* *Basel 1280 —*

*Original Lh. n° 41 (A). — Deutsche Übersetzung aus dem 16. Jh. in Lh. Ppurk. n° 5. — * Lh. B. fol. 106°.*

* *Arnold 266.*

Auf dem Rücken von einer Hand des 13. Jh.: de agris sitis ze Steinuncruce.

An einem Bande hängt das zerbrochene Siegel von St. Peter (n° 40).

Conradus prepositus, Conradus decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod, cum Berchtoldus et Johannes filii quondam Heinrici de Wolfswilr quasdam[a]) possessiones extra portam civitatis sitas ad eos ex successione paterna devolutas a nobis pro annuo censu trium verdencellarum spelte et duorum pullorum et unius libre denariorum, que datur nomine nostro preconibus sive ammannis civitatis, jure hereditario possiderent, ipsas possessiones in manus nostras libere resignarunt petentes, ut eas Burchardo dicto de Berne clerico sancti Leonardi Basiliensis, a quo pro eisdem possessionibus quandam summam pecunie receperant, sub eisdem jure ac censu concedere curaremus. Nos igitur ad resignationem et peticionem Berchtoldi et Johannis predictorum prefato Bur[chardo] possessiones prehabitas sub censu prescripto jure hereditario concessimus et per presentes

329. a) quas *auf Rasur in A.*

concedimus perpetuo possidendas. Et sciendum, quod possessiones antedicte a solutione decimarum penitus sunt inmunes et in mutatione manus tres solidi tantum nomine honorarii dari debent. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes: magister Rvd[olfus] dictus Kesseler, magister Cono de Hegendorf, Henricus Magister panificum canonici nostri, Bur[chardus] capellanus sancte Marie et Henricus dictus Tuner pistor et quamplures alii fide digni. Dat. Basilee et act. anno domini MCCLXX.

330. *Die Ritter Hugo und Werner Zerkinden von Basel leihen dem Kloster Olsberg Güter zu Augst.* — *1280* —

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 108 (A).

Trouillat 2, 331 n° 254 nach A. Hier ist zu lesen S. 331 Z. 24: Barmvn *und* zem Slůsselbrunen; *Z. 25:* homagii; *S. 332 Z. 3:* verdencella; *Z. 6:* firmamen.

* *Boos 102 n° 145.*

Eingehängtes Siegel zerbrochen.

331. Item 2 brieff wisent uber das hus by der Barfvssen porten gelegen, da swester Lieba inne ist. — *1280* —

Eintrag des 15. Jh. in Bf. A. fol. 28.

332. *Werner von Basel Mönch von St. Urban Zeuge in der Urkunde des Herrn Walther von Büttikon.* *Wikon 1280* —

Kopp 2/1, 441 Anm. 1 aus dem Archiv St. Urban.

333. *Ritter Peter Schaler leiht dem Konrad von Hornussen und dessen Frau Junta die Hälfte eines Hauses, dessen andre Hälfte der Junta schon zu Erbrecht gehört; die Ehegatten vermachen sich gegenseitig ihre Rechte an dem Hause.* *Basel 1281 Januar 5.*

*Original Lh. n° 47 (A). — * Lh. D. fol. 166. — * Lh. B. fol. 94 mit dem falschen Datum 1280.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: de area fratris nostri Chvnini.

An Schnüren hangen die Siegel des Peter und Werner Schaler (n° 106 und n° 107).

P[etrus] Scalarii miles universis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Constituta in nostra presentia Greda filia quondam Volmari dicti Ozelin medietatem aree et domus site ante portam Spalon, quam prefatus Volmarus a nobis habuit jure hereditario pro annuo censu X solidorum, vendidit Conrado de Hornescon et Junte uxori sue pro decem et octo libris B[asil]iensis[a]) monete, quam pecuniam confitetur se recepisse. Unde nos con-

333. a) *Loch im Pergament.*

sensum nostrum adhibuimus et presentibus adibemus contra[ctui][a]) prelibato ac dicto Conrado et Junte uxori sue prefatam medietatem aree [et do]mus[a]) sub solito [censu][a]) jure hereditario [concess]imus[a]) perpetuo possidendum. Demum Junta uxor Conradi soror predicte Gr[ede, a]d[a]) quam residua [pars ejus][a]) domus et ar[ee jure][a]) hereditario pertinebat, de nostro consensu predictum Conradum in jure suo, qu[od][a]) habet in area [et domo][a]) predicta quocun[que jure vel][a]) consuetudine, prefatum maritum suum heredem constituit et maritus uxorem viee versa institu[it here]dem[a]) in jure sibi [conpete]nti[a]) in domo et area prenotata sic, quod ad ipsorum alterum predieta domus et area, qui post alterius obitum superstes fuerit, integraliter devolvatur. Quociens vero mutabitur hereditas prenotata, deeem solidi nobis de honorario persolvi debent, quia tantum nobis redditur de eensu similiter annuali. Testes hujus rei sunt Wer[nherus] Scalarius canonicus Basiliensis frater noster, magister Semannus officialis Basiliensis, dominus Rudgerus capellanus sancte Katerine, dominus Conradus dietus de Hatstat miles, Volminus Morder, Buselman et quidam alii, qui acciti in testimonium aderant contractui memorato. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo predicti Wer[nheri] Scalarii fratris nostri presenti apendi fecimus instrumento. Actum Basilee, anno domini M̊C̊CLXXX primo, in vigilia epyphanie.

334. *Das Kloster St. Urban bestätigt die Schenkung von Gütern zu Habsheim durch Arnold von Blotzheim an das Kloster St. Maria Magdalena.* *Basel 1281 Januar 21.*

*Originale MM. n° 13ª (A) und n° 13ᵇ (A¹). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 100. — * MM. K. fol. 137.*

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

An Pergamentstreifen hängen vier Siegel: 1. Abt von Lützel (n° 69). 2. Domstift (n° 18). 3. Stadt (n° 140). 4. Abt von St. Urban (n° 72).

Nos . . abbas et conventus monasterii sancti Vrbani Cysterciensis ordinis, Constantiensis dyoeesis, notum faeimus universis tam presentibus quam posteris, quod dominus Arnoldus rector eeclesie de Blatzhein nostro et nostri conventus interveniente consensu presente domino nostro . . abbate Lv̊tzelensi patre nostro consensum et auctoritatem prestante dedit et eontulit pure et simpliciter . . priorisse et conventui dominarum ad Lapides extra muros Basilienses octo manewerch vinearum, item omnia alia bona immobilia et mobilia, jura et aetiones ac servitutes, que emit in villa seu banno Habchinshein[a]) a domino Gôtfrido de Eptingen jure proprietatis, et que omnia tamquam propria possidebat, cui donationi ut est premissum eonsensimus et per presentes consentimus renunciantes propter sentenciam arbitrorum et evidentem utilitatem ac urgentem necessitatem nostri monasterii omni juri conpetenti nobis et nostris successoribus in predictis bonis vel quod competere potest, posset vel poterit in futurum. In cujus rei testimonium sigilla nostra una cum sigillis prefati . . abbatis Lvtzelensis,[b]) majoris eeclesie Basi-

334. a) Habchenshein *in A¹*. b) Lützelensis *in A¹*.

liensis ac universitatis civium Basiliensium huic instrumento appendi fecimus et apponi. Dat. et actum Basilee, anno domini M°CC°LXX°X primo, XII. kl. febr., presentibus testibus domino Johanne de Liestal, domino Heinrico Kvchimeister, domino Hugone in Turri canonicis Basiliensibus et aliis quampluribus fide dignis.

335. *Das Kloster Ölenberg verkauft der Cantorei des Stifts St. Peter Reben in Sennheim und Uffholz und empfängt sie wieder zu Erbrecht.* *Basel 1281 Januar 23.*

Abschrift von 1306—1325 in Pt. H. fol. 16v nº 12 (B).

In nomine domini amen. Anno ejusdem M°CC°LXX°XI°, decimo kal. febr., Dietherus prepositus totusque conventus monasterii de Ölenberg ordinis sancti Augustini, Basiliensis dyocesis, universis presens scriptum intuentibus eorum noticiam, que sequuntur. Noverint igitur universi, quos nosce fuerit oportunum, quod, cum monasterium nostrum predictum esset adeo depressum honere debitorum, quod sine venditione seu distractione possessionum seu reddituum monasterii nostri creditoribus nostris satisfacere non possemus, nos considerata evidenti utilitate et urgente monasterii nostri necessitate ex certa scientia ac deliberatione habita inter nos diligenti et spontanea voluntate, accedente quoque consensu reverendi patris ac domini nostri fratris Heinrici dei gratia Basiliensis episcopi necnon illustris domini Theobaldi Phirretensis comitis advocati monasterii nostri, unanimiter et concorditer vendidimus et tradidimus, inmo vendimus et tradimus undecim jugera vinearum sita in banno opidi Senhein Basiliensis dyocesis, quatuor videlicet sita an dem Vahenberge in loco, qui dicitur Wůsta, et quatuor in loco, qui dicitur Wingarte, et tria in loco, qui dicitur Vlencer, item unum juger juxta eundem locum Vlencer situm, tamen in banno ville de Vfholz predicte dyocesis, que vinee ad nos et monasterium nostrum jure proprietatis pertinent et dinoscuntur pertinere jure proprio et in perpetuum, magistro Heinrico cantori sancti Petri Basiliensis ementi et recipienti dictas vineas nomine cantorie sue predicte pro certa pecunie summa videlicet pro viginti marcis argenti ponderis Basiliensis, quam pecuniam confitemur ab ipso H[einrico] nomine sue cantorie habuisse et integre recepisse et in usus nostros et monasterii nostri satisfaciendo creditoribus nostris, videlicet . . relicte quondam Cůnradi dicti Gernler in decem et novem libris et Cůnoni dicto Olier in duodecim libris, item Bertholdo dicto ad Lapideum cellarium in decem libris, item Heinrico sutori dicto Schopfhein in sex libris, et dominis canonicis majoris ecclesie Basiliensis in tribus libris, necnon Ottoni pellifici in duabus libris, qui creditores omnes sunt cives Basilienses, totaliter convertisse. Intervenit autem huic venditioni tale pactum sive talis conventio, quod prepositus de Ölenberg, qui pro tempore fuerit, prefatas vineas sine aliquo intragio, quod vulgariter erschatz vocatur, a prefato cantore suisque successoribus pro duobus plaustris albi vini, quod plaustrum vulgariter vůder nuncupatur, annis singulis et imperpetuum predicto cantori suisque successoribus persolvendis debet

jure hereditario recipere et eidem vel ejus nuntio in curia nostra apud Senhein predicta in vasa sua annis singulis presentare. Et ut de presentatione deterioris seu melioris vini nulla questio valeat suboriri, promittimus, sicut etiam convenimus, vinum dare et presentare, sicut superius est expressum, de vino quod pro tempore creverit in vineis sitis in prenotato banno videlicet an dem Vahcnberge specialiter in quatuor jugeribus dictis Wůste et quatuor jugeribus dictis Wingarte sub illa condicione, quod, si vinum predictum videlicet duo plaustra de specialiter expressis vineis annis singulis vel aliquando non poterit expediri, defectus ipsius vini de aliis vineis, quod creverit, sine fraude et diminutionc aliqua suppleatur, cum omnes vineas nostras predictas ad solutionem ut dictum est duorum plaustrorum reddamus censuales, nos etiam et monasterium nostrum ad solutionem predicti vini singulis annis faciendam nichilominus obligantes, promittentes omnia supradicta firma et rata habere et observare et non contra facere de jure vel de facto, sed predictam venditionem ab omni homine defendere, auctorizare et disprigare et prestare coram quocunque judice debitam et legittimam warandiam, mittentes ipsum H[einricum] cantorem nomine sue cantorie in plenam et corporalem possessionem prescriptarum vinearum sub conditione superius annotata. Renunciamus siquidem ex certa scientia in hoc facto omni auxilio juris canonici et civilis et auctentice hoc jus porrectum, exceptioni non habiti et non numerati precii, item excepcioni rei minoris precii seu infra dimidiam justi precii vendite, beneficio restitutionis in integrum et omnibus privilegiis, graciis et indulgentiis nobis et monasterio nostro a sede apostolica concessis vel imperatoribus vel etiam aliis quibuscunque et generaliter omni defensioni, per quam hujusmodi venditio recindi posset aut in posterum infirmari. Confitemur insuper nullum dolum, nullum metum, nullam vim et nullam fraudem predicto contractui penitus affuisse vel etiam intervenisse. Testes autem, qui interfuerunt huic contractui, sunt subscripti: Cůnradus decanus, Petrus custos, Johannes de Ôlenberg, Heinricus quondam filius Heinrici magistri panificum, magister Ůlricus de Blatzhein et Lvdewicus canonici ecclesie sancti Petri Basiliensis, item Heinricus de Bolwilr plebanus in Alswilr et Cůnradus de Eptingen plebanus in Rore clerici, item Wernherus dictus Wůrant miles, item Wernherus villicus in Reinvngen, Cůnradus et Petrus fratres carnales et filii quondam sororis P[etri] custodis sancti Petri predicti et alii quamplures fide digni. Actum Basilee, datum anno et die predictis. In cujus rei testimonium presentes literas sigillis nostro necnon reverendi in Christo patris ac domini fratris Heinrici dei gracia Basiliensis episcopi et domini Theobaldi comitis Ferretensis advocati monasterii nostri tradidimus communitas. Nos frater Heinricus dei gracia Basiliensis episcopus et Theobaldus comes Ferretensis supradicti attendentes evidentem utilitatem et urgentem necessitatem suprascripte venditionis ad petitionem venerabilium virorum Dietheri prepositi et conventus monasterii de Ôlenberg prefatorum consensum nostrum supradicte venditioni adhibuimus et presentibus adhibemus sigilla nostra in premissorum testimonium appendendo. Datum anno et die suprascriptis.

336. *Rudolfs des Meiers von Kembs Frau verkauft dem Kloster St. Alban das ihr auf Lebenszeit übertragene Meiertum in Kembs; auch leiht das Kloster den genannten Eheleuten eine Summe Geldes gegen Verpfändung von Land bei Kembs.* *Kembs 1281 Januar 27.*

Original Al. n° 44 (A). — Abschrift in Al. C. fol. 67° (B). — Deutscher Auszug in Al. L. pag. 289.
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

. . officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverit universitas vestra, quod in nostra presencia constituti Rudolfus villicus de Kemz et Mechthildis uxor ejus confessi sunt in villicatura de Kemz nichil conpetere sibi juris, nisi quod eadem Mechthildis eam ad vitam suam tantummodo tenere debet a monasterio sancti Albani Basiliensis Cluniacensis ordinis et ea defuncta redibit ad idem monasterium pleno jure ordinanda et disponenda, prout . . priori et fratribus ibidem visum fuerit expedire. Qua confessione coram nobis in jure facta dicta Mechthildis jus villicature prescripte ad vitam suam ei conpetens vendidit et resignavit auctoritate et consensu mariti sui predicti accedente religioso viro fratri Stephano priori et conventui prefati monasterii sancti Albani et per eos ipsi monasterio pro quindecim marcis argenti, quas sibi traditas, ponderatas et integre persolutas tam mulier quam maritus prehabiti fatebantur. Hanc autem graciam . . prior et conventus sancti Albani venditrici fecerunt, quod, si maritus ejus vel ipsa dictam villicaturam a festo beati Valentini proximo ad annum reemerint quindecim marcas argenti monasterio refundendo, prefata Mechthildis usufructu suo in ea gaudeat sicut ante. Et quia tam ipsa quam maritus beneficia, que perceperunt a monasterio, recognoscunt, volentes ipsius indempnitati providere statuerunt, ordinaverunt et voluerunt, quod, si prenominata Mechthildis infra terminum anni prescripti decesserit, Rudolfus maritus ejus superstes et heredes ipsius mulieris ad refusionem quindecim marcarum monasterio teneantur, villicatura nichilominus ex causa mortis ejus ipsi monasterio remanente. Insuper. . . prior et conventus quindecim marcas argenti sepedicto Rûdolfo et Mechthildi uxori sue nomine mutui tradiderunt, pro quibus ipsi premissis . . priori et conventui quatuor scopûsas sitas apud Kemz ad eos jure proprietatis spectantes, quas Berchtoldus de Kemz colit, cum universis juribus suis et attinenciis obligarunt adhibito tali pacto, quod, si de fructibus ipsarum, quos . . prior et conventus per quinque annos inmediate subsequentes possidebunt et percipient et circa festum beati Martini singulis annis valorem redituum estimabunt, summam argenti mutuati poterunt reliabere, schopoze seu possessiones ad suos dominos revertantur. Sin autem ipsi, qui mutuum receperunt, suppleant post lapsum terminum infra mensem quidquid defuerit in argento ita, quod quindecim marce totaliter conpleantur, alioquin possessionum proprietas cum omni jure transibit ad . . priorem et conventum ab ipsis et eorum monasterio perpetuo possidenda. Et in hoc casu tenebuntur ipsi . . prior et conventus Rudolfo et uxori sue Mechthildi predictis refundere fructus secundum estimationem pre-

habitam, quos durante quinquennio perceperunt. Sciendum tamen, quod, si jam dicti Rudolfus et uxor ejus villicaturam prenominatam reemerint, nichilominus fructus ejus una cum possessionibus antedictis obligate monasterio remanebunt pro quindecim marcis mutuo traditis, ut illarum solutio cicius conpleatur. Nec pretereundum, quod nec Rudolfus nec uxor ejus sepedictam villicaturam seu jus usufructus in manus alicujus alienare vel transferre debent sine certa sciencia et bona voluntate . . prioris et conventus predictorum, ad quod se coram nobis obligarunt, adjecto quod, si secus fecerint, inutile sit et irritum ipso facto nec robur obtineat firmitatis. In testimonium prescriptorum karta presens ad petitionem parcium sigillo curie Basiliensis est munita. Nos . . prior et conventus monasterii sancti Albani, Rudolfus villicus et Mechthildis antedicti protestamur omnia suprascripta taliter esse acta, quemadmodum sunt narrata, et eis nostrum consensum et auctoritatem prout ad nos pertinet adhibemus. Actum apud villam Kempz, anno domini M°CC°LXX°X primo, VI. kal. febr. Testes hujus rei sunt dominus Cv̊no vicarius in Kembz, Hugo, Johannes fratres dicti Bo̊bielin, Wernherus cellerarius, Cvnradus Riebo, Jacobus preco, Heinricus de Hagenowe, Heinricus villicus . . prioris sancti Albani et alii quamplures fide digni.

337. *Bischof Heinrich versetzt den Collectoren des Zehnten für das heilige Land den Ertrag seiner Höfe in Riehen und Haltingen, um dadurch die Deckung des vorausgesetzten Zehntbetrags zu beschleunigen.* *Basel 1281 Februar 2.*

Original im vatikanischen Archiv, Instrumenta miscellanea (A).
Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand VI mar. *und wohl ebenfalls noch gleichzeitig* contra illos de Sole de Basilea.
Die zwei (an Pergamentstreifen hangenden) Siegel fehlen.
Nach einer durch L. Quidde in Rom gefälligst mitgeteilten Abschrift.

Frater Heinricus miseratione divina Basiliensis episcopus omnibus presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverit universitas vestra, quod nos ea, que subventionem terre sancte respiciunt, pie sollicitudinis studio promovere volentes, ut non solum quod nobis incumbit facere videamur, verum etiam ad celeriorem obedientiam exemplo nostro ceteros provocemus, solutionem decime ultramarine ipsius terre subsidio deputatam expedivimus in hunc modum: curtes nostras et ecclesie nostre de Riehein et de Haltingen cum redditibus, juribus et earum attinentiis universis de consensu et voluntate capituli nostri obligavimus et presentibus obligamus dilectis nostris Cunrado decano majoris ecclesie et fratri Stephano priori domus sancti Albani Basiliensis, collectoribus decime prenotate, donec de ipsa decima, quam estimamus ad sexcentas marcas argenti, plene fuerit satisfactum. Sciendum autem, quod dicti decanus et prior de consensu nostro duos nostros cives ydoneos[a]) elegerunt, Hugonem dictum Bawelarium et Hug[onem]

337. a) ydones *in A.*

dictum de Solc, qui prefatos redditus fideli diligentia colligant et in argentum commutent et ad usus expensarum nostrarum convertendum reservent, si nos, qui per manum sanctissimi patris et domini nostri felicis recordationis Gregorii summi pontificis caracterem sancte crucis recepimus, contingat personaliter transfretare. Si vero casu aliquo prepediti non possemus in persona propria labores aggredi transfretandi, jam dicti decanus et prior vel collectores, qui pro tempore fuerint, de ipso argento faciant, ordinent et disponant, sicut de alia decima terre predicte subsidio deputata. In cujus rei testimonium presens carta nostro et capituli nostri sigillis est munita. Nos capitulum ecclesie Basiliensis obligationi prescripte presentibus consentimus, in signum hujus sigillum nostrum huic cedule apponendo. Datum Basilee, anno domini millesimo cc̊c̊lxx̊x primo, iiii. nonas februarii.

338. *Der Archidiacon Lütold von Kötzln und Herr Walther von Klingen schlichten den Streit des Klosters Klingenthal mit Konrad von Tegerfelden über Güter zu Klein-Hüningen.*

Basel 1281 Februar 3.

*Originale Kl. nº 86 (A) und nº 86ª (A¹). — Deutsche Übersetzungen des 14. Jh. von A: Ds. nº 4; von A¹: Kl. nº 86ᵇ. — Deutsche abgekürzte Übersetzung von A aus dem 15. Jh. in Kl. K. fol. 302. — * Kl. R. fol. 61.*

* *Adler 10, 9 nº 51.*

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

An A und A¹ hangen je drei Siegel: 1. Archidiacon Lütold (nº 27). 2. Stadt (nº 140). 3. Walther von Klingen (nº 90).

Nos Liutoldus de Rôtenlein archidiaconus Basiliensis et Waltherus nobilis dominus de Klingen notum facimus universis presentibus et posteris, quod, cum inter religiosas in Christo . . priorissam et conventum dominarum de Klingendal ulterioris Basilee ex una et Cv̊nradum de Tegervelt maritum filie nobilis domini Arnoldi de Keiserstv̊l[a]) ex parte altera super quibusdam bonis inmobilibus, mobilibus, redditibus, passagiis, piscariis, pascuis ac aliis servitutibus, juribus seu actionibus in villa seu banno de Hv̊ningen Constantiensis dyocesis positis seu sitis mota esset materia questionis, dicte partes in nos tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiles conpositores conpromiserunt vallantes hincinde arbitrium pena quadraginta marcarum argenti solvendarum a parte contradicente parti arbitrio seu juditio nostro obtemperare volenti, dando fidejussores ex parte predicte . . priorisse et conventus dominum Johannem Scalarivm, dominum Heinricum Pincernam, dominum Nicholavm de Tythinshein milites et Cv̊nradum Lvdewici civem Basiliensem, ex parte vero ipsius Cv̊nradi[b]) dominum Petrum de Eptingen militem, Heinricum de Eptingen, Cv̊nradum Ludewici predictum et Waltherum dictum Schöwelin de Rinvelden pro predicta pecunia[c]) per-

338. a) Keiserstv̊l et ipsum Arnoldum agentem nomine ipsius Cv̊nradi ex *in A¹*. b) Cv̊nradi et domini Arnoldi de Keyserstv̊l dominum *in A¹*. c) pena *in A¹*.

solvenda, si una pareium predietarum nostre sententie seu arbitrio non pareret. Nos vero deliberato consilio arbitrando pronunciavimus et pronunciamus, quod predietus Cv̊nradus[d]) renunciaret et cederet[e]) omni juri sibi conpetenti seu conpetituro in bonis, redditibus et juribus superius nominatis. Insuper preeipimus predicte . . priorisse et conventui, ut prefato Cv̊nrado in reconpensationem cessionis et renuneiationis predietc darent et numerarent viginti IIII^or^ mareas puri et legalis argenti. Dictus vero Cv̊nradus statim renunciavit et cessit omni juri conpetenti et conpetituro sibi in bonis superius nominatis, renunciando omnibus consuetudinibus, exceptioni doli ac omni beneficio juris canoniei vel civilis, per quod posset nostrum arbitrium impugnari. Insuper predicte domine eidem Cv̊nrado viginti IIII^or^ marcas argenti, ut premissum est, solvere promiserunt. In cujus rei testimonium sigilla nostra una eum sigillo universitatis eivium Basiliensium huie apposuimus instrumento. Dat. et actum Basilee, anno domini M̊CC̊LXX̊X primo, III°. non. febr., presentibus testibus suprascriptis[f]) et domino Arnoldo[g]) de Keiserstv̊l.

339. *Konrad von Tegerfelden überträgt seine Forderung an das Kloster Klingenthal auf seinen Grosvater Konrad, Schultheissen von Rheinfelden.* *Basel 1281 März 7.*

Original Kl. n° 87 (A).

* *Adler 10, 9 n° 51^b^.*

Auf dem Bug der Urkunde von gleichzeitiger Hand: premissis sororibus istam eartam sigillo premissi domini seultcti signatam.

An einer Schnur hängendes Siegel beinahe völlig zerstört.

Omnibus presentium inspectoribus Conradus de Tegerwelt nepos ex filia domini Conradi sculteti Rinueldensis notieiam subscriptorum. Seiant presentes pariter et futuri, quod ego peregre profecturus de rebus mihi debitis taliter ordinavi, ut venerabiles in Christo domine sorores de ulteriori Basilea monasterii de Clingental ordinis Predicatorum viginti IIII[a]) marcas argenti, in quibus mihi tenentur ex eo, quod renunciavi aetionibus mihi super bonis de Hùningen conpetentibus contra monasterium supraseriptum, in festo beatorum Johannis baptiste et Jacobi apostoli equaliter pro equis portionibus soluture, premisso domino seulteto avio meo quaeunque oeeasione interveniente, sive supervixero sive in fata medio tempore concessero, dari solvi jubeo meo nomine et etiam assignari reputans illud tamquam personaliter mihi factum. Ne vero possit super preinissis in posterum aliquis dubitationis serupulus suboriri, trado cgo nepos supraseriptus premisso domino seulteto avio meo istam cartam sigillo meo signatam eum testibus infraseriptis. Nos Arnoldus de Keiserstůl, Henrieus Monachus magister civium

338. d) Cv̊nradus et dominus Arnoldus *in A*[1]. e) renunciarent et cederent *in A*[1]. f) presentibus fidejussoribus suprascriptis. *Die in A folgenden Worte fehlen in A*[1]. g) Arnodo *in A.*

339. a) IIII *übergeschrieben von gleicher Hand in A.*

Basiliensium, Henricus de Hertenstein, Waltherus de Titenshein, Conradus der Kinden milites et Petrus dictus Gablere burgensis, qui huic dispositioni voluntatis testes interfuimus et rogati, profitemur per omnia ita esse, sicut superius continetur. Actum Basilee, anno domini M°CC°LXX°X primo, in erastino beati Fridelini.

340. *Das Kloster St. Urban verzichtet zu Gunsten des Klosters St. Maria Magdalena auf Güter zu Habsheim.*

St. Urban 1281 März 31.

*Original MM. n° 14 (A)· — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 100. — * MM. K. fol. 137.*

Eingehängtes Siegel des Abtes von St. Urban (n° 72).

Religiosis in Christo . . priorisse et sororibus dictis ad Lapides extra muros Basilee frater M[arquardus] abbas et conventus saneti Vrbani Cistereiensis ordinis, Constanciensis dioecesis, salutem et notieiam subscriptorum. Cum dudum questio verteretur inter nos et dominum Ar[noldum] de Blatshein oceasione quarundam pensionum et usufruetuum, tandem bonis viris mediantibus, videlieet domino Kraftone eanonico Basiliensi et fratre R[udolfo] de Howenstein monaeho nostro, arbitris a nobis et ab ipso conmuniter eleetis taliter est conpositum finaliter inter nos, scilieet quod vineas illas cum quibusdam agris sitas in banno de Habkenshein, quas dietus Ar[noldus] de Blatshein a domino Gůtfrido bone memorie de Eptingen nobis eonparaverat et eeclesie nostre eontulerat, in elemosinam eidem remitteremus et redderemus renuneiantes omni juri et proprietati, quod et que nobis in dietis bonis ex ipsius donatione fuerant acquisita, omnibus aliis, de quibus lis erat, nobis eedentibus et remanentibus paeifice et quiete. Nos vero statim seeundum formam sententie dicto Ar[noldo] in judicio publice coram officiali Basiliensi et predictis arbitris et multis aliis fide dignis remisimus et reddidimus dieta bona liberaliter et absolute resignantes ad manus ipsius omni juri, quod nobis in dictis bonis conpetebat vel posset conpetere in futurum. Sed quia prefatus Ar[noldus] eadem hora in eodem judieio coram dicto offieiali existens coram nobis ae dietis arbitris vobis, domina priorissa, ae vestro monasterio dicta bona[a]) contulit, promittimus vobis bona fide, quod donationem vobis factam de predietis rebus, quantum in nobis est, nunquam de cetero vos vel vestrum monasterium pro dictis rebus inpetemus nec vexabimus quoquo modo, renuneiantes pro nobis et nostris successoribus omni actioni, exeeptioni et omni juris beneficio tam canonici quam civilis, quod vel que nobis vel nostris successoribus contra predietam donationem vel contra presens scriptum conpetere possent in posterum vel ad presens. Testes hujus rei sunt Julianus prior, Bur[cardus] supprior, Vlricus quondam abbas in Frienispereh, Jo[hannes] infirmarius, C[ůnradus] portarius, C[ůnradus] de Velthein cellerarius, Jo[hannes] de Wimnowa quondam eellerarius et plures alii de conventu. Ad majorem etiam evidentiam premissorum presenti[b]) scripto

340. a) dicta bona *übergeschrieben in A.* b) presentis *in A.*

sigillum nostrum nos abbas predictus pro nobis et conventu nostro duximus apponendum, quo sigillo nos quoque conventus predictus utimur in hac parte, quia proprium non habemus. Dat. apud sanctum Vrbanum coram conventu dicte domus, feria II^a^ ante palmas, anno domini M°C°LXXXI°, indictione nona.

341. *Johann von Arguel leiht dem Kloster Lützel Güter zu Altenschweiler.* — *1281 März* —

Original im BA. Kolmar, Lützel n° 63 (A).

Von den zwei an Pergamentstreifen hangenden Siegeln ist nur noch das von Lützel erhalten (n° 69).

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Johannes dictus de Arguel civis Basiliensis inspecta utilitate sua sanoque fretus consilio concessit duas partes bonorum seu possessionum dictarum de Arguel sitarum in banno et villa de Atinswilr [a]) ad ipsum jure proprietatis spectantes cum curiis pertinentibus ad hec bona viris religiosis abbati et conventui monasterii Lucelensis Cistertiensis ordinis, Basiliensis dyocesis, perpetuo jure hereditario exeolendas pro censu viginti verncellarum trium bladorum videlicet spelte, siliginis et avene equaliter solvendarum et sex eminis leguminum, ita sane, quod idem census eidem Johanni apud Basileam in domo sua[a]) consuetis terminis assignabitur annuatim, et quotienscunque jus proprietatis earundem possessionum ad manus devolvi contigerit alienas, dominus dicti juris debet esse contentus sex caseis nomine honorarii, quod vulgariter dicitur hersehaz, aut loco caseorum tribus solidis Basiliensibus nec plus debet postulare vel accipere conventione inter partes habita reclamante. In cujus rei testimonium sub prenotato tenore duplex confectum est instrumentum sigillatum sigillis abbatis predicti Lucelensis et civium Basiliensium et utrique parti suum est assignatum, anno domini M°C°LXXXI, mense martii, computato diligentius et taxato, quod de dictis possessionibus de Arguel sunt in universo CI jugera agrorum, octo manwerch pratorum cum duobus easalibus, quorum omnium due partes sunt domini Johannis, tercia vero Gerungi dicti ad Rubeam domum civis Basiliensis.

342. Die stat von Basil *unter den Sieglern der Urkunde des Bischofs Heinrich von Basel und des Grafen Diebold von Pfirt.* *Basel 1281 Mitte Mai.*

*RUB. 1, 118 n° 141 nach dem Original im BA. Kolmar. — Herrgott 2, 496 n° 598 nach dem Original im bischöflich baselischen Archiv. — Trouillat 2, 334 n° 257 nach CDB. — * Georgisch 2, 52 n° 18.*

343. *Das Johanniterhaus in Sulz vergleicht sich mit Martin und Bertha über Rechte an Gütern daselbst.* *Sulz 1281 April 22.*

---

341. a) *die Lesung ist nicht ganz sicher; das Wort ist zum Teil ausradiert; von späterer Hand ist darübergeschrieben* Michelbach. b) *nach* sua *ein durchgestrichenes* a *in A.*

*Original Cl. n° 24 (A). — * Cl. J. pag. 140.*
Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: die reben ze Svlz.
Eingehängtes Siegel des Comthurs; dessen Abbildung siehe unten.

. Frater Dorberdus conmendator sacre domus Hospitalis Ierosolymitani in Sulze universis presentium inspectoribus salutem in domino. Noverit vestra universitas, quod, cum inter nos ex una et Martinum et Bertham ex altera lis verteretur, conpositum est inter nos, quod idem Martinus et Bertha usufructum, quem habebant a nobis [a]) in domo sita Sulze juxta ortum nostrum et in quatuor scadis sitis in der Steingazen et in der Lite, libere in manus nostras resignaverunt, promittentes eisdem pro lite inchoata in posterum eos non vexare. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro ipsis dedimus consignatas. Dat. Sulze, anno domini MCCLXXXI°, feria tercia post dominicam quasimodogeniti.

344. *Peter Senftelin leiht Ulrich dem Scherer und dessen Frau ein Haus.* — *1281 Mai 10.*

Original St.Urk. n° 55 (A).
Eingehängtes Siegel von Klein-Basel (n° 141).

Noverint universi presencium inspectores seu auditores, quod ego Petrus dictus Senftelin civis minoris Basilee domum meam sitam infra muros predicte civitatis contiguam domui Heinrici de Wenkon bona fide et deliberatione habita V̊lrico rasori et Jvdente uxori sue tradidi et concessi jure hereditario cum omnibus pertinentiis suis quoad [a]) vitam suam seu quamdiu vixerint pacifice possidendam, ita videlicet, quod singulis annis decem et octo solidos nomine census videlicet quolibet jejunio quatuor temporum quatuor solidos usualis monete et sex denarios mihi vel meis heredibus representent et duos circulos panis, qui vulgariter dicuntur wisunge. Est tamen hec adjecta conditio, quod, si predictus V̊lricus et prefata uxor sua sine liberis viam universe carnis ingressi fuerint, predicta domus post mortem ipsorum ad me vel heredes meos libere revertetur; sin autem, predicti liberi, si quos post obitum reliquerint, eodem jure scilicet hereditario pacifice possidebunt domum eandem solvendo censum, sicut superius est pretactum. Et cum manus mutata fuerit possidentis, duo solidi nomine census honorarii, qui vulgariter dicitur erschaz, mihi vel meis heredibus dabuntur et fideliter persolventur. In testimonium premissorum sigillum minoris Basilee sive communitatis ejusdem loci presentibus est appensum. Dat. anno domini M̊CC̊LXX̊X primo, sabbato post inventionem sancte crucis. Testes hujus rei sunt Johannes dictus Boke, C̊vnradus Diether, C̊vnradus Fleichz et ego Petrus sepedictus et ceteri fide digni.

---

343. a) a nobis *übergeschrieben in A.*

344. a) *vor* quoad *steht noch* pro *durch Punkte getilgt in A.*

345. *Des Ritters Otto von Blotzheim Witwe verkauft dem Kloster Olsberg ein Haus in Basel.* *Basel 1281 Mai 27.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 116 (A).
** Germania 31 (NR. 19), 327.*
Eingehängtes Siegel des bischöflichen Officials (nº 36).

Officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus salutem in domino. Sciant tam presens etas quam futura posteritas, quod domina Anna relicta Ottonis bone memorie militis de Blazhein domum dictam meister Mangoltz hus, quam dominus Berchtoldus de Rotwile capellanus capelle beate Katherine in ecspite apud ecclesiam Basiliensem majorem jure hereditario pro duodecim solidis in jejuniis IIII^or^ temporum secundum conswetudinem dandis et pro IIII^or^ circulisd andis temporibus jam dudum communiter apud Basileam observatis a predicta domina et nomine ipsius possedit pacifice sine qualibet contradictione, coram nobis constituta reverendis in Christo et religiosis dominabus . . abbatisse et conventui monasterii de Olsperg pro octo libris et decem solidis usualis monete vendidit et distraxit et possessionem ipsius domus tradidit cum jure sibi competenti in eadem, et reverenda domina . . abbatissa predicti monasterii presente honesta matrona Sibilia relicta quondam domini Diethelmi militis de Baden, que coram nobis juri, si quod ei in predicta domo conpetebat, expresse et voluntarie renunciavit, hanc vendicionem et emptionem iniit et contraxit et possessionem intravit nomine monasterii prenotati et renunciationem acceptans super hiis literas nostras conscribi petiit sigilli nostri munimine roboratas. Renunciaverunt autem predictæ Sibilia et Anna beneficiis in integrum restitutionis, exceptioni non numerate peccunie et cuilibet auxilio juris tam scripti quam non scripti, literis inpetratis et inpetrandis, quibus dicta venditio posset inpugnari vel modo quolibet irritari. Expressit eciam Anna predicta, quod heredes suos et se obligat, ut teneantur dictam vendicionem ratam habere, immo non [a]) solum non inpugnent sed defendant, prout ipsa defendere teneretur. Dat. et act. Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊X̊ primo, sexto kl. junii.

346. *Berlschi Färber giebt sich und alle seine Güter dem Stift St. Leonhard.* *Basel 1281 Mai 28.*

*Original Lh. nº 48 (A). — Abschrift in Lh. H. fol. 33ᵛ nº 126 (B). — * Lh. D. fol. 157. — * Lh. B. fol. 75.*
Trouillat 2, 341 nº 260 nach B. Hier ist zu lesen Z. 3: in nostri presencia; *Z. 5:* voluntate; *Z. 17:* Dat.; *Z. 18:* Blatzhein, domino Bc. incurato; *Z. 21:* Heinrico.
Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials (nº 38).

347. *Sophie von Pfaffenheim, Witwe des Rudolf von Eichgassen, und ihre Tochter Hedwig, Witwe des Ritters Hugo von*

345. a) immo non *auf Rasur, von gleicher Hand, in A.*

Wenzweiler, vergaben dem Deutschordenshause Beuggen Güter in Wenzweiler, Orschweier, Pfaffenheim und Sulzmatt. Est eciam sciendum, quod, cum predicte domine presente fratre Cûnrado nuncio et procuratore religiosarum dominarum abbatisse et conventus de sancta Clara, dum predicta coram nobis fierent et publicarentur, recongnoscerent se predicta bona quoad proprietatem abbatisse et conventui dominarum memoratarum sub condicionibus et conveneionibus antedictis vel similibus donasse, prefatus frater Cûnradus habens mandatum ad hoc abbatisse et conventus confessus fuit coram nobis, quod donacio abbatisse facta resoluta esset et recissa et quod placuerit abbatisse et conventui, quod comendatori et fratribus res et possessiones prehabite donarentur. *Basel 1281 Juni 25.*

*ZGO. 28, 404 nach einer Abschrift des 15. Jh. — * ZGO. 28, 380 nº 67.*

348. *Die Brüder Wolf verkaufen dem Kloster St. Alban eine Mühle bei Melt.* *Biel 1281 Juni 26.*

Abschriften des 15. Jh. in At. C. fol. 59ᵛ (B) und in CB. pag. 328 (B¹). Trouillat 2, 339 nº 259 nach dem Original im bischöflich baselischen Archiv. — Fontes 3, 301 nº 321 zum 27. Mai nach B¹.

349. *Das Stift St. Leonhard und das Kloster Olsberg tauschen Güter und Gefälle in Witterswil und Basel.* *1281 Juli 19.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 117 (A). — Abschrift in Lh. H. fol. 8ᵛ nº 37 (B).

Trouillat 2, 342 nº 261 nach B. Hier ist zu lesen Z. 6: Wintersvilr; *Z. 10:* Olsperg; *Z. 13:* itemque; *Z. 20:* solidorum redditus scil.; *Z. 21:* VI denarios de domo proxima porte Assinine; *Z. 22:* nobis et monasterio; *Z. 23:* adjeeerunt *statt* ad ceterum; *Z. 25:* sabbato ante Marie.

An Pergamentstreifen hangen zwei Siegel: 1. St. Leonhard (nº 49). 2. Äbtissin von Olsberg.

350. *Der Caplan Johann zu St. Peter leiht dem Heinrich von Biel ein Haus zu Erbrecht.* *— 1281 Juli —*

Original Pt. nº 59 (A).

Die (hängenden) Siegel fehlen.

Ego Johannes cappellanus sancti Nicolai in ecclesia sancti Petri Basiliensis notum facio universis, quod ego domum sitam juxta Renum, dictam hern Hessen hus, que fuit avunculi mei Johannis monetarii, ad altare meum pertinentem, concessi Heinrico de Bieln pro annuo censu triginta duobus solidis divisim in jejuniis quatuor temporum persolvendis sub jure hereditario perpetuo possidendam, tali interposita conditione, quod pro censu honorario, qui vulgo dicitur ershaz, quando ad hoc deventum fuerit, quinque solidi dari debent. In cujus facti memoriam presentem literam sigillo dominorum meorum capituli sancti Petri unà cum civitatis sigillo petii communiri. Testes:

Burch[ardus] scolasticus, Chono cantor Columbariensis canonici sancti Petri, Chonradus Ludewici, Hermannus de Liestal et alii fide digni. Nos Chonradus prepositus, Chonradus decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis, item nos Petrus Shalarius magister civium et consules Basilienses rogatu predictorum concedentis et recipientis sigilla nostra duximus in testimonium presentibus appendenda. Act. anno domini M°C°LXX° primo, mense julio.

351. *Eligenta von Illzach schenkt dem Kloster Klingenthal Güter zu Bernweiler unter Vorbehalt des Niessbrauchs und Stiftung von Jahrzeiten.* *Basel 1281 September 21.*

*Original Kl. nº 88 (A). — * Kl. R. fol. 27.*
Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials (nº 38).

.. officialis curie archidiaconi Basiliensis et cetera. Anno domini M°C°LXX° primo, XI. kl. octobris, constituta in nostri presencia Eligenta dicta de Iltzche conpos mentis, sana corpore dedit et contulit possessiones suas sitas in banno ville Bernwilre solventes redditus viginti trium quartalium annone, cujus annone sunt XII quartalia siliginis, sex spelte et quinque avene, item IIII^{or} solidos denariorum et IIII^{or} sextaria leguminum, .. priorisse et conventui dominarum de Klingendal, domino Cůnrado Puerorum milite presente et nomine ipsius .. priorisse et conventus recipiente, ita tamen, quod ipsa Eligenta utatur et fruatur ipsis redditibus temporibus sue vite. Ea vero mortua supradiete possessiones et redditus predicti ad predictam .. priorissam et conventum debent cum omnibus juribus et servitutibus integraliter pertinere. Insuper dicta Eligenta gravavit dictum monasterium de Klingendal, ut in aniversario Hugonis mariti sui et Cůnradi filii sui conventui dominarum predictarum decem solidi denariorum, item conventui fratrum Predicatorum extra portam ze Krůze civitatis Basiliensis alii decem solidi, item in aniversario ipsius Eligente conventui sepedictarum dominarum de Klingendal decem solidi denariorum, item conventui fratrum predictorum deeem solidi nomine pitancie singulis annis ministrentur de redditibus supraseriptis. In eujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Basilee, anno et die predictis, presentibus fratre Heinrieo de Columbaria ordinis Predicatorum, domino Hugone Monacho juniore, domino H[einrico] Vorgassen, domino Wer[nhero] Puerorum militibus, Johanne dicto Sehůnkint, H. filio Willelmi an der Vrienstraze, Petro zem Spiegel civibus Basiliensibus, domina .. de Wangen et .. filia sua.

352. *Eligenta von Illzach ergänzt ihre Schenkung durch eine Verfügung zu Gunsten ihrer Töchter.* *— 1281 September 21.*

*Original Kl. nº 89 (A). — * Kl. R. fol. 78.*
Eingehängtes Siegel des Predigerpriors (nº 60).

Noverint, quos nosse[a]) fuerit oportunum, quod ego Eligenta dicta de Ilzech bona mea sita in Berwilre reddentia nuno in censu singulis annis XXIII quartalia annone trium generum et IIII sextaria leguminum et IIII solidos denariorum, que tradidi monasterio sororum in Clingental retento michi usufructu, quamdiu vixero, ut in aliis litteris plenius continetur, hac intentione contuli, sicut et verbotenus coram fratre H[einrico] de Lofenberc tunc priore fratrum Predicatorum in Basilea et coram priorissa predictarum sororum exposui, ut, si filie mee Junta et Gerdrudis in eodem monasterio deo servientes vel altera earum post mortem meam supervixerit, quidquid de predictis redditibus seu bonis super duas libras dandas in duobus anniversariis residuum fuerit, singulis annis ad vestes et ad alias necessitates ipsarum vel alterius earum, etiam cum una obierit, quamdiu vixerint, de priorisse, que pro tempore fuerit, licentia prout indiguerint secundum consuetudinem ipsius ordinis convertatur. In quorum memoriam petivi sigillo prefati prioris presentem cedulam consignari. Actum anno domini M°CC°LXX°XI°, XI. kal.[b]) octobris.

353. *Johann Münzmeister stiftet und begabt einen Altar in der Kirche St. Peter.* — *1281 September* —

Abschrift aus dem 13. Jh. in Pt. B. fol. 53 (B). — Abschrift in Pt. H. fol. 55 n° 112 (B^1).

Nos Conradus[a]) prepositus, Conradus[a]) decanus et capitulum ecclesie saneti Petri Basiliensis notum facimus universis, quod Johannes de sancto Martino dictus Monetarius civis Basiliensis bone memorie et nomine suo Burchardus scolasticus ecclesie nostre executor sui testamenti altare novum in ecclesia nostra in honore beati Nycholai[b]) confessoris erexit et dotavit assignans ei redditus ad estimationem XX librarum annuatim, videlicet decem jugera vinearum, que vulgo nominantur manwerch, in hiis locis: aput Krenzach sex et dimidium et torcular conmune ei et altari beate virginis, item aput Ôtlinkon duo manwerch videlicet Chvnoltingen unum manwereh et dimidium, vineas de Oltingen zer Mivsegassvn[c]) dimidium manwerch, aput Binzhein duo manwerch zem Brunnen, item aput Diepreehtswilr[d]) XIII verincellas[e]) et dimidiam spelte et avene, item Morswilr XVIII quartalia siliginis, spelte et avene equaliter, item Slierbaeh VII verincellas siliginis et avene equaliter, item denarios: domum Rvmbellini, quam habet ille de Mengen, que solvit XXXVIII solidos, item domum Hessonis, quam habet Heinricus de Bieln, que solvit XXXII solidos, item[f]) domos aput sanctum Leonardum, que solvunt XII solidos, item aput enrvn Basel[g]) domum juxta portam superiorem versus Riehein et ortum ante portam XVI solidos solventia, item jugera quondam Hircelini solvencia unam libram, item domum Willelmi textoris solventem unam libram. De predicto autem altari, quod nunc habet Johannes sacerdos

---

352. a) *corrigiert aus* nosce *in A.* b) XI. kal. *auf Rasur in A.*

353. a) Cônradus *in B^1.* b) Nicolai *in B^1.* c) Mvsegassen *in B^1.* d) Dieprehtswilr *in B^1.* e) verincellas siliginis et *in B^1; in B hinter* verincellas *eine radierte Stelle.* f) *in B ist nach* item *von einer späteren Hand übergeschrieben* duas. g) enren Basel *in B^1.

consanguineus prefati Monetarii, est taliter ordinatum, quod sacerdos, qui pro tempore habuerit dictum altare, choro ecclesie sancti Petri erit astrictus, ut divinis officiis omnibus horis intersit nisi infirmitate vel alio legittimo impedimento fuerit prepeditus. Et omni die missam inter primam et publicam missam dicat et ejusdem fundatoris memoriam habeat et in festis, quando ad majorem ecclesiam itur et publica missa suo tempore non habetur, post oblationes misse, que cantatur mane ad altare publicum, quando voluerit, dicet missam. Similiter in festo nativitatis domini nostri semper post oblationes ad omnes tres missas poterit dicere missam suam. Et quando funus habetur ad chorum, post oblationes misse secunde iterum dicet missam. Concedimus eciam et volumus, ut idem sacerdos oblationum, monitionum, remediorum et omnium obventionum, que sibi intuitu ecclesie obvenerint, terciam partem habeat et reliquas duas[h]) conferat custodi inter canonicos cum ceteris obventionibus dividendas. Si qua vero sibi non intuitu ecclesie sed persone a propinquis forsitan et notis data vel legata fuerint sine fraude, illa dividere non tenetur, et super hoc in sua institutione fidelitatem faciet interposito juramento. De collatione autem ipsius altaris, quando vacabit, idem observabitur, quod de altari beate virginis, videlicet quod . . decanus, . . custos et . . scolasticus, qui pro tempore fuerint, personam ydoneam in sacerdotio constitutam et non in ordine inferiori super conscientiam suam debent eligere, et quem ipsi tres vel duo ex ipsis elegerint, illum . . prepositus,[i]) qui pro tempore fuerit, debet instituere, proviso quod nullus umquam canonicorum dictum altare teneat et quod sacerdos altaris non per alium vicarium volens forsitan absens esse sed per se ipsum officiet ipsum altare. Ego autem scolasticus antedictus executor, ut supra dictum est, testamenti civis predicti ordinavi et ordino, ut post obitum vel cessionem domini Jo[hannis] sacerdotis prelibati domus supradicta Rumbellini, que solvit XXXVIII solidos annuatim, cedat capitulo in reconpensationem oblationum et obventionum, quas altari liberaliter concesserunt, ita videlicet, ut XVIII solidi in anniversario predicti civis pro dimidia parte sero in vigilia et pro altera dimidia parte mane in missa canonicis, qui interfuerint, distribuantur, altera vero libra in principio cujuslibet mensis, sicut fit pro Vlrico custode, canonicis qui vigilie interfuerint dividatur, videlicet XX denarii, et sepulchrum visitetur. Insuper ad presens confero liberaliter ecclesie et capitulo domum, que vocatur Eternhus, cujus census estimatur annuatim ad XXX solidos, ut in anniversario predicti civis cuilibet canonico, qui vigilie interierit, unus solidus et similiter in missa unus solidus et sacerdotibus chori in vigilia duo solidi et in missa duo solidi et rectori puerorum unus solidus in vigilia et in missa unus solidus et sacerdoti missam publicam celebranti sex denarii et lectoribus VI denarii conferantur, reliquum vero detur pro pane pauperibus et hoc faciet procurator capituli, qui pro tempore fuerit, et recipiet unum solidum pro labore. Item contulit idem civis et ego scolasticus confero nomine suo altari beate virginis unum manwerch vinearum et redditus duarum verincellarum spelte,

---

353. h) reliquam partem *in B*[1]. i) prepositus ecclesie sancti Petri *in B*[1].

ut capellanus ejusdem sui memoriam habeat in perpetuum. Item contuli ego Burch[ardus] domum juxta domum Reuels solventem v solidos vel forte minus, qui similiter ad largam pauperibus dari debent.[k]) In cujus facti memoriam presentem literam nostro sigillo duximus roborandam. Datum anno domini M°CC°LXXXI, mense septembri.[l])

354. C[onradus] decanus majoris ecclesie et S[tephanus] prior sancti Albani Basiliensis collectores decime transmarine per Basiliensem civitatem et diocesim constituti universis etc. Noveritis universi, quod nos a domino Diettero sacerdote prebendario Argentinensi ex parte capituli Argentinensis XVIII marcas argenti recepimus nomine decime transmarine et deposuimus apud depositarios sicut et aliam decimam. Et quicquid fiet de alia decime pecunia, fiet et de ista. Propter quod rogati ab ipso presentem litteram duximus in testimonium sigillandam. Datum Basilee, anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, IV. nonas octobris.

Basel 1281 Oktober 4.

Verkürzte Abschrift aus dem 16. Jh. im Copialbuch des Strassburger Domcapitels im BA. Strassburg G. 3466 fol. 79° (B).

**UBStr. 2, 54 Anm. 1. — Erwähnt in MVA. 1, 278.*

355. *Heinrich Liesberg und Heinrich Schwäblin leihen dem Ulrich Gürtler ein Haus zu Erbrecht.* *Basel 1281 Oktober 23.*

*Original Kl. n° 90 (A). — Deutsche Übersetzung in Kl. A. fol. 414° (B). — * Kl. R. fol. 57°.*

Arnold 351 nach A.

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von dem huse zer Blatten.

An einer Seidenschnur hängt das Siegel der Stadt (n° 140).

Nos Petrus Shalarius magister civium et consules Basilienses notum facimus universis, quod concives nostri Heinricus dictus Liesperch nomine suo et filie sue Elline, item Heinricus Sweblinus nomine suo et uxoris sue Agnese domum sitam hinder der Blatun ad superiores macellas inter domum Heinrici der Kindon et Sweblini, quam videlicet domum supranominati concives nostri ab ecclesia de Olsperch tenent, Vlrico dicto Gurtler concivi nostro, qui a Predicatoribus pro dimidia parte et ab Heinrico dicto Peigeri pro altera dimidia parte jus hereditarium suis donariis conparavit, ad eorumdem resignationem concesserunt sub jure hereditario et annuo censu octo solidis et quatuor circulis, sicut et prius solvebat, perpetuo possidendam. In cujus facti memoriam sigillum civitatis rogatu quorum intererat duximus presentibus appendendum. Testes: Vlricus de Turego, Chonradus der Tecke, Chonradus de Glancemberch, Heinricus der giezzer, Rodolfus der streler, Otto der gvrtler et alii quamplures. Dat. Basilee, anno domini M°CC°LXX° primo, X. kl. novembr.

353. k) *der Satz* Item *bis* debent *fehlt in B* und ist in B von gleicher Hand aber später hinzugefügt.* l) *Die Worte* In cujus *bis* septembri *fehlen in B und sind hier aus B* ergänzt.*

356. *Rusticus Romanignoli von Lucca quittiert den Prior von St. Alban über sechzig Mark Silbers.* *Basel 1281 Oktober 27.*

Abschrift von 1306 August 9 im vatikanischen Archiv (B).

S. unten zu 1284 Januar 8 die Beschreibung der dieses Stück an 10. Stelle enthaltenden Pergamentstreifen.

Ego Rusticus Romaningnoli civis et mercator de Luca notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod, cum ego considerata utilitate mea constituissem venerabilem patrem dominum . . abbatem Massiliensem ad recipiendum pro me sexaginta marcas argenti in grossis Turonensibus et dictus abbas Massiliensis pro ipso substituisset in hoc facto fratrem Stephanum priorem sancti Albani Basiliensis, ego a dicto priore predictas sexaginta marcas in Turonensibus grossis, prout idem prior receperat ab Odone de Pandemelia nuncio marchionis Estensis, qui michi in eisdem causa mutui tenebatur, recepi et de eisdem sexaginta marcis me teneo pro pagato a dicto priore penitus et contento. In cujus rei testimonium sigillum meum apposui huic scripto. Dat. Basilee, in vigilia apostolorum Symonis et Jude, anno domini MCC octuagesimo primo.

357. *Heinrichs von Olten Frau vergabt dem Kloster Olsberg die Hälfte eines Hauses.* *Basel 1281 November 29.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 119 (A).

Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials (n° 38).

. . officialis curie archidiaconi Basiliensis et cetera. Anno domini M°C°LXX°X primo, in vigilia beati Andree apostoli, constituta in nostri presencia Meht[ildis] uxor Heinrici dicti de Oltvn conpos mentis et sana corpore causa mortis dedit nomine elemosine . . abbatisse et conventui monasterii de Olsperc ordinis Cysterciensis, Basiliensis dyocesis, dimidiam partem domus sue site ante portam Crucis civitatis Basiliensis an der Rinhalden ex opposito domus dicti meister Eselli cum orto attingente ipsam domum et contiguo eidem domui donate, recognoscendo se et dictum maritum suum aream ipsius domus a predicto monasterio de Olsperc jure hereditario pro censu duorum solidorum singulis annis solvendorum possidere, promittens se ipsam donationem ratam tenere et observare, nisi causa urgens et necessaria utputa egestatis vel infirmitatis eam conpelleret vendere vel distrahere domum eandem, tali tamen conditione adjecta, ut, si eam ante quam ejus maritum predictum premori contigerit, ipse maritus suus domo predicta totali utatur et fruatur temporibus sue vite, ipso vero mortuo ipsa pars dimidie domus donate[a]) cum orto ad dictum monasterium de Olsperc transeat pleno jure. Dat. Basilee et actum anno et die predictis, presentibus domino C°nrado cappellano altaris sancti Pauli in ecclesia Basiliensi, magistro R°dolfo rectore ecclesie de Gansungen, Heinrico dicto Mertschant, Johanne de Oltingen, fratre C°none de Olsperc et aliis pluribus. Et in evidenciam et testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

357. a) *nach* donate *folgt* ad *durchgestrichen in A.*

358. *Agnes, Masers Witwe, verpfändet ihrer Nichte Agnes ein Haus.* *Basel 1281 November 29.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 120 (A).
Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials, zerbrochen (nº 38).

. . officialis curie archidiaconi Basiliensis omnibus presencium inspectoribus corum noticiam, que secuntur. Noverint universi, quod Agnes relicta quondam dicti Maser Agnese filie fratris sui Cv̊nradi dicti Wecke religionem consortii sanctimonialium monasterii de Olspere Cystereiensis ordinis, Basiliensis dyocesis, ingredi et assumere cupienti, ut minus sit onerosa in eodem monasterio deo militantibus, domum, quam quiete et pacifice dicebat se possidere, sitam ante portam Crucis versus Renum, que fuit quondam V̊lrici piscatoris, a domino Johanne Macerello milite jure hereditario pro XVIII denariis in festo beati Andree nomine census et pro uno circulo in festo beati Martini nomine revisorii singulis annis persolvendis, et quod pro honorario tantum datur manu mutata quantum pro censu, pro decem marcis argenti dandis et solvendis post mortem ipsius Agnetis titulo pignoris obligavit ita, ut ipse decem marce per successores ipsius relicte prefate nepti sue solvantur et persolutis ipsis decem marcis jus pignoris extinguetur in domo obligata, ut superius est prescriptum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Dat. et actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊X primo, in vigilia beati Andree apostoli, presentibus domino E[berhardo] preposito Rinueldensi, domino C[v̊nrado] cappellano altaris sancti Pauli in ecclesia Basiliensi, magistro Rv̊dolfo rectore ecclesie de Gansungen, Heinrico Mertschant, Johanne de Oltingen et aliis pluribus fide dignis.

359. *Die Brüder Dietrich, Hugo und Konrad von Ötlingen begeben sich ihrer Rechte auf Güter daselbst zu Gunsten des Klosters Klingenthal.* *— 1281 Dezember 5.*

Original Kl. nº 91 (A).
An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel von Klein-Basel (nº 141).

Ich her Niclavs von Tytenshein der schultheise ze de minren Basel tv̊n kv̊nt allen den, die disen brief sehent oder horent lesen, daz Dietrich uñ Hv̊g uñ Kv̊nrat die gebrv̊der von Otlinkon sich hant verzigen lideklich an alle wider rede aller der ansprache, die si haten an der vrowen gv̊t von Klingental, daz ze Otlinkon lit, daz si koften umbe die herren von sant Peter uñ umbe hern Wernher von Ramstein, uñ hant dez gesworn mit gestabetem eide, daz si die vrowen niemer geirren noch besweren an dem gv̊te noh an heinre sache. Uñ hant in die vrowen geben von vriem willen ane reht XII lib. Uñ da diz beschach, da waz her Bvrkart von Tegervelt uñ her Bvrkart von Strasbvrg uñ her Heinrich Kraft uñ her Heinrich vor Gassen ritere uñ her Peter Senfteli, der an miner stat saz, uñ her Heinrich Zeiso uñ her Peter von Bermeswilr uñ her Johannes der Bv̊ke uñ her Kv̊nrat

Ermenrich uñ her Kv̊nrat der Bv̊ller uñ vil ander. Daz disu rede war uñ stete si, dar umbe henke ich der vor genante schultheise uñ alle der rat unser ingesigel an disen brief. Dirre brief wart gegeben an sant Niclavs abende, do von gotez geburte waren zwolfhundert jar uñ ahzig jar uñ ein jar.

360. *Das Kloster Olsberg verkauft dem Ritter Johann von Eptingen Haus und Hof zu Basel.* — *1281 Dezember 12.*

Original im StA. Aarau, Olsberg nº 121 (A).

Boos 104 nº 149 nach A. Hier ist zu lesen S. 104 Z. 6: cetera *statt* canonicus; *Z. 10:* dyocesis; *Z. 15:* in *statt* de; *S. 105 Z. 9:* marcis *statt* marcas; *Z. 23:* kartha; *Z. 32:* Dat.

An Pergamentstreifen hängen vier Siegel: 1. Official (nº 38). 2. Lützel (nº 69). 3. Olsberg. 4. Johann von Eptingen (nº 96).

361. *Die Kirche St. Martin leiht die Hälfte eines Hauses dem Konrad Schörmann zu Erbrecht.* — *1281 Dezember —*

Original Mt. nº 1 (A).

Eingehängtes Siegel des Werner Schaler (nº 107).

Nos Wernherus prepositus sancti Vrsicini canonicus Basilicnsis dictus Shalarius et rector ecclesie sancti Martini in Basilea notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod venit ad presentiam nostram V̊lricus dictus zim Nuzpovme civis Basiliensis et dimidiam partem domus dicte zim Nuzpovme, que domus pertinet ad ecclesiam nostram, videlicet sancti Martini predictam, et solvit eidem ecclesie in universo duodecim solidos per totum et Hospitali urnam albi vini, nobis in manus nostras resignavit. Nosque ipsam dimidiam partem ad suam requisitionem concessimus Chonrado dicto Shórman pro censu, qui dimidiam partem contingit, sub jure hereditario, prout idem V̊lricus eam vendiderat et resignaverat, perpetuo possidendam. In cujus facti memoriam sigillo nostro rogatu predictorum resignantis et recipientis presentem literam duximus consignandam. Act. anno domini M̊CC̊LXX̊X primo, mense decembri, presentibus Baldemaro sacerdote dicto de Esholtswilr, Thoma dicto Gôcheli, Nicolao dicto zim Affen, Chonrado dicto de Brucke sutore, Johanne dicto Riter et aliis fide dignis.

362. Brûder P. von Basil, brûder R. sin brûder *Zeugen in einer Urkunde des Landcomthurs der Deutschordensballei Elsass-Burgund.* *Beuggen 1281 —*

ZGO. 28, 402 nach dem Original im GLA. Karlsruhe = BÄS. 6, CX.

363. *Heinrich von Itschnach macht der Abtei Zürich zinspflichtig* domos et areas suas sitas in superiori villa, que quondam fuerunt Burchardi dicti Marcii sacerdotis et Tictrici de Basilea. *Zürich 1282 Januar 10.*

Wyss 244 nº 273 nach dem Original im StA. Zürich.

364. *Heinrich von Hallingen verkauft dem Peter Senftelin Zinse von einem Hause.* — *1282 Januar 24.*

Original St.Urk. nº 56 (A).
Eingehängtes Siegel von Klein-Basel (nº 141).

Alle die, die disin brief lesint uñ horint lesin, tůt man chůnt, daz her Heinrich von Haltingin mit siner kinde hant hern Hůgis uñ hern Johannis uñ mit ir willin het gen zi choffinne hern Petir Senfitilin allin den zins abe den er ime gab von der hofstat, dů da lit an dem steinhus hern Gervngis zem Rotin huse an der Rinbrugge uñ het imes her Hůch von Haltingin verluwin zeim rehtin erbe umbe einen phenninch. Uñ sol man den pheninch allů jar gebin an sant Vincentien tach. Uñ dur das dis state bilibe, so henchint die burger des ratis von der minrrun Basil[a]) dur ir beidir bette willin der vor ginantin des von Haltingin uñ siner kinde hern Hůgis un Johannis uñ hern Petirs ir ingisigil an disin brief. Dis sint gizuge her Ůlrich Geisrieme, Heinrich von Hiltelingin, Chůnzi der Boller, Dietric der Decche, Chvnrat von Nvgirol, Heinrich von Emerrach, die des selbin jares in dem rat warin, uñ dar nach Heinrich von Wintersingin, Rvdi von Liestal, Rvdi am Tiche, Berci an dir Angist uñ andir bidirbe lutt. Dis gischach an dem samztage nach sant Vincentien tage, do man zalt von unsirs herrin giburt tusint jar zwei hundert jar un zwei un azich jar.

365. *Heinrich von Schliengen giebt seiner Frau Guta als Eheschenkung den halben Teil eines Hauses.* *Basel 1282 Januar 29.*

Original Ds. nº 5 (A). — Unvollstandige Abschrift in Bf. D. fol. 207ᵉ (B).
An einem Bande hangt das Siegel des Domstifts (nº 18).

Universis presentem literam inspecturis Otto prepositus, Chůnradus decanus et capitulum majoris ecclesie Basiliensis noticiam subscriptorum. Noverint universi, quod Hugo dictus de Sliengen canonicus Rinueldensis veniens ad presenciam meam videlicet decani dimidiam partem domus sue dicte zem Engil, quam domum sub jure hereditario et annuo censu sex denariorum ab ecclesia nostra tenet, libere resignavit et concedi procuravit eandem dimidiam, videlicet eam partem, que est versus Renum, Heinrico fratri suo sub eodem jure hereditario et censu, qui dimidiam partem contingit, perpetuo possidendam. Idem vero Heinricus eandem dimidiam partem uxori sue Gůte concedi procuravit ratione donationis propter nupcias, videlicet quod, si predictum Heinricum sine liberis vel prole per eam genita decedere contigerit, jam dicta Gůta prefatam dimidiam partem domus libere possideat pro tempore vite sue, deinde ad heredes prefati Heinrici pleno jure devolvatur. Si autem prefatum Heinricum relictis liberis seu prole per eam genita premori contigerit, nichilominus dicta Gůta ad tempus vite sue possideat eandem dimidiam partem domus. Post mortem ipsius Gůte dicta pars domus ad liberos communes, si quos habuerint, transeat pleno jure.

364. a) *nach* Basil *folgt* ir igisil an disin brief *durchgestrichen in A.*

Si vero post mortem ipsius Gůte communes liberi non fuerint, licet eciam ex successione liberorum premortuorum jus proprietatis ipsius partis domus ad eam pervenerit, tamen heredes ipsius Gůte in ea parte succedere non debent, sed ad heredes legittimos predicti Heinrici ex forma conventionis sine lite integraliter ex forma successionis devolvetur. In cujus facti memoriam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes: Eberhardus prepositus Rinueldensis, Johannes de sancta cruce, Burchardus scolasticus sancti Petri clerici, Berchtoldus Vicedominus miles, Dietricus Monetarii, Albertus de Blazhein campsor, Johannes Schônkint, Johannes de Argentina, Henricus de Eshbach, Hugo Progant et alii quamplures. Actum in domo predicti decani, anno domini M̊CCLXX̊X secundo, IIII. kl. februarii.

366. *Heinrich von Schliengen und seine Frau vermachen dem Stift St. Peter Einkünfte von Gütern in Binzen und Klein-Basel.*

[nach 1282 Januar 29.]

Unvollständige Abschrift des 13. Jh. in Pt. B. fol. 56 (B).

Hier eingereiht, da ausser dem vorhergehenden Stück, in welchem von der donatio propter nupcias *des Heinrich von Schliengen an seine Frau die Rede ist, sich kein Anhaltspunkt für die Datierung bietet.*

Ego Heinricus de Sliengen et Gůta uxor mea sani mente et corpore de redditibus nostris provenientibus nobis de possessionibus sitis in Binzhein videlicet uno lunadio reddente singulis annis III verincellas spelte et duos pullos, item una pecia vinearum sita in minori Basilea, quam Hermannus der ziegler possidet jure hereditario pro XIIII sol. et II circulis, de qua dantur pro honorario VII sol., constituimus et ordinavimus in hunc modum, videlicet quod altero nostrum premortuo predicti XIIII sol. pro media parte cedent ecclesie sancti Petri taliter distribuendi: in vigilia ipsius premortui canonicis solidi duo, domino Burch[ardo] de Altchilh ad tempus vite sue specialiter unus solidus, item sacerdotibus chori unus sol.; predicto vero Burch[ardo] defuncto solidus, qui sibi vivo dabatur, cedet sacerdotibus chori cum reliquo dividendus; item III sol. dari debent pauperibus pro pane; item de III verincellis prescriptis sic ordinamus, ut Adelhedis filia quondam Wer[nheri] de Bůbendorf sutoris post mortem amborum nostrum, si supervixerit, jam dictas III verincellas teneat ex nostra donatione ad tempus vite sue, post obitum vero suum sine omni contradictione ad ecclesiam sancti Petri cedat et devolvatur, ita tamen, quod ipsa ecclesia post obitum ipsius Adelhedis perpetuo singulis annis pauperibus Hospitalis dimidiam verincellam spelte in pane ministret et Leprosis dimidiam, relique due cedant capitulo in remedium animarum nostrarum; item pro labore distributionis predicti testamenti procurator, qui pro tempore fuerit, recipiet pullos et circulos supradictos; item est sciendum, quod post obitum amborum nostrum residui VII sol., ut supradictum est de aliis VII sol., sunt modo simili dividendi. Reservamus autem nobis de predictis redditibus potestatem, quod, si ad inopiam nos vergere contigerit, quod deus avertat, ad usus necessarios videlicet in victu nobis debent cedere sine fraude.

367. *Der Johannitercomthur und der Schultheiss von Neuenburg schlichten den Streit zwischen Berthold, dem Kirchherrn von Rimsingen, und Diethelm von Schliengen über die Altinger Mühle.* — *1282 Februar 5.*

Original Kl. n° 92 (A). — * *Kl. R. fol. 100°.*

Eingehängtes Sieget des Comthurs; dessen Abbildung siehe unten.

Allen, die disen brief sehent oder hôrent lesen, tûn kunt wir brûder Gotfrit commendur von sant Johanse uñ her Johans Brunwart der schulthieze von Nûwenburg, das diu missehelli, diu was unzewuschent hern Berctolde dem kilchherren von Rimsingen uñ Diethelme von Sliengen umbe die muli ze Altlinchon, ist geschieden alsus, das Diethelm die selbe muli sol haben uñ niezen hinnan unz unser frowen mes der errun so nu kumet nehest in diseme jare uñ von deme tage uber ein jar, uñ sol denne dem vorgenanten kilchherren uñ Berctolde von Oberdorf oder iren erben, ob si unwerin, die vorgenante mûli lasen in gewalt uñ in gewer lidich uñ lere ane widerreda uñ allerslacte vorderunga uñ mit alleme dem geschirre, so zû der mûli hôret dur not. Ist ôch, das diu mûli bedarf dehienes not bûwes in der frist, so siu Diethelm sol haben, den notbû sol Diethelm tûn an der mûli mit Beretoldes von Oberdorfes wizzende uñ rate, uñ swas er des bûwes schaden het ane geverda, den sol ime abe tûn und gelten der vorgenante kilchherre uñ Berctold sin brôder. Har über ze einem urkunde so han ich broder Gotfrid der commendûr da vor genant min ingesigel gehenchet an disen brief. Dis geschach, do man zalta von gôttes geburte zewlfhundert achzich uñ zewie jar, an sant Agetun tage, uñ waren har an gezûge her Cvnrat Tenuisel, her Cvnrat der mèger, her Niclaus von Hartehileh burger von Nûwenburg uñ ander erbere lûte genôge.

368. *Heinrich der Meier von Ötlingen begiebt sich seines Rechtes auf ein Gut daselbst zu Gunsten des Klosters Klingenthal.* — *1282 Februar 9.*

Original Pt. n° 60 (A).

An einem Pergamentstreifen hangt das Sieget von Klein-Basel (n° 141).

Her Niclavs von Tytenhein der schultheise unde alle der rat ze der minren Basel tûnt kunt allen den, die disen brief sehent oder horent lesen, daz Heinrich der meiger von Otlinkon sich hat verzigen lideklich an alle wider rede aller der ansprache uñ dez rehtez, so er hatte an der vrowen gût von Klingental, daz Otlinkon lit, uñ also daz er hat veriehen umbetwungen von sinem vrien willen, daz er weder eigen noh erbe noh lehen hate, wan daz gût, daz der vrowen eigen ist von Klingental, uñ daz hat er gelobet mit siner truwe an eins eidez stat uñ sin oheim mit ime her Kvnrat an der Strase von Blazhein uñ sin neve her Jacob von Haltingen, daz er die vrowen niemer beswere an dem gûte noh an deheim andern gûte noh an dehcinre sache, die si ane gat. Uñ ob er diz nit stete hete, so hant die zweine vorgenanten sin ôheim un sin neve gelôbet mit ir trûwe an

eins eidez stat fur in ze bezerende den vrowen nah allem rehte. Uñ dem vor genanten Heinrich dem meiger hant die vrowen von Klingental geben von irme vrien willen anc reht funf uñ zweinzig pfunt. Uñ da diz beschach, da waz her Heinrich der Mv̈nch uñ her Vlrich Geisriebe ritere uñ her Heinrich Geisriebe noh kneht uñ her Peter Senfteli, der an dez schultheisen stat saz, uñ her Wezzel der kelner uñ her Heinrich Zeiso uñ her Peter von Bermeswilr uñ her Albrcht von Blazhein uñ siner tohter man dez Bőzschen sun uñ her Hvg Ermenrich uñ Kvnrat Ermenrich uñ her Kvnrat der Bőller uñ her Johans der Bőke uñ vil ander. Daz disu rede war un stete si, dar umbe heinket der vor genante schultheize uñ alle der rat ir ingesigel an disen brief. Dirre brief wart gegeben an dem ahtoden tage der liehtmez, do von gotez geburte waren zwolfhundert jar uñ ahzig jar uñ zwei jar.

369. *Siegfried an dem Werde von Suntheim verkauft Reben daselbst dem Geistlichen Burchard und empfängt sie wieder zu Erbrecht.* — *1282 Februar 23.*

Abschrift von 1306—1325 in Pt. H. fol. 49 nº 96 (B).

Nos consules civitatis Rubiacensis notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod Syfridus dictus an dem Werde de Svnthein possessiones suas jure proprietario ad ipsum pertinentes videlicet decem et novem scados vincarum sitos in banno de Svnthein, videlicet septem in loco qui dicitur zem Schlitwege et sex in loco qui vocatur zem uzzern Rv̊ste et juxta domum Leprosorum sex, juste et legaliter vendidit pro certa summa pecunie viginti quatuor libris denariorum et tradidit et in possessionem misit et ad debitam warandiam se astrinxit Burchardo clerico domini de Tierstein emptori dictarum possessionum. Idem vero Burch[ardus] prenominatas vineas prelibato Sifrido concessit pro annuo censu videlicet tribus libris denariorum usualis monete sibi et suis successoribus in festo beati Martini annis singulis solvendorum sub jure hereditario possidendas hiis appositis conditionibus, ut predictus Sifridus et sui heredes, quamdiu predicte vinee in manibus sue progenici fuerint, nullum censum honorarium, qui vulgo dicitur erschatz, dare teneantur, item si[a]) censum annuum post terminum deputatum scilicet festum beati Martini usque ad subsequens carniprivium dare neglexerint, quod predicte vinee vacent libere Burch[ardo] predicto et suis heredibus vel quibus eas duxerit conferendas. In cujus facti memoriam rogatu utriusque venditoris et emptoris sigillum civitatis nostre Rubiacensis duximus presentibus appendendum. Testes: Fridericus am Werde, Cv̊no de Wolgangshein milites, Jacobus dictus Schedler, Rv̊schinus dez Jungen, Bertholdus dictus Rex, Waltherus filius suus, Rv̊schinus Becelin, Heinzinus Becelin, Billvngus et alii quamplures. Datum et actum anno domini M̊CC̊LXXXII̊, in vigilia beati Mathie apostoli.

369. a) si *fehlt in A.*

370. *Propst und Capitel von St. Immer bevollmächtigen zwei ihrer Chorherrn zum Verkaufe von Gütern in Carspach und Aspach.* — *1282 März 6.*

Original Cl. nº 26 (A). — * *Cl. J. pag. 360.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von Rapotte.

Abhängende Siegel des Propsts und des Capitels von St. Immer.

Johannes prepositus sancti Ymerii totumque capitulum ibidem universis Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, salutem et sinceram in domino karitatem. Cum nos ingenti necessitate urgente census, quos habemus in villa de Karolsphach et de Aspach, vendere oporteat, Borcardum et Symonem concanonicos nostros exhibitores presentium omnium illorum censuum nomine ecclesie prefate constituimus venditores, quicquid in vendendo dictos census per eosdem factum fuerit gratum et firmum habituri, renunciantes una cum ipsis venditoribus omni juri, consuetudini, privilegio impetrato seu eciam impetrando atque omni actioni, que nobis seu posteris nostris nunc seu in posterum cedere videretur, promittentes eciam emptori seu emptoribus predictorum censuum bona fide prestare warandiam, si qui fortassis eundem vel eosdem seu heredes suos super dictis censubus ledere presumerent vel gravare. In cujus rei signum presentem cedulam prefatis B[orcardo] et S[ymoni] concanonicis nostris tradidimus sigillis nostris roboratam. Dat. anno domini M°CC°.LXX°X secundo, pridie non. marcii, indictione X^a^.

371. *Das Stift St. Immer verkauft dem Kloster St. Clara Güter in Aspach.* — *1282 März 6.*

Original Cl. nº 25 (A). — * *Cl. J. pag. 363.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: von Rapotte.

Eingehängte Siegel des Propsts und des Capitels von St. Immer.

Noverint universi presentium inspectores sive auditores, quod nos Johannes prepositus totumque capitulum sancti Ymerii quadam legittima necessitate urgente omnium nostrum seu quorum intererat conmuni accedente consensu redditus seu census nostros videlicet quatuor solidorum in Aspach sitos de quibusdam pratis et agris continuis, agris sitis apud locum seu fontem vulgariter dictum Encelins burne et alibi juxta agrum vulgariter dictum Kilchaker et alibi juxta agrum Hugonis dicti Graue vendimus et vendidimus C°nrado de Dieszenhouen procuratori dominarum de sancta Clara de minori Basilea nomine dominarum predictarum pro duabus libris et decem solidis monete usualis, quam pecuniam profitemur presentibus recepisse et in usus ecclesie nostre totaliter convertisse, promittentes predicto procuratori nomine dominarum suarum de emptione prestare warandiam, auctoritatem et preesse in omnibus secundum juris consuetudinem, si super predictis censsibus processu temporis fuerit inpetitus. Resignamus igitur omne jus in manus sepedicti procuratoris, quod nobis de predictis censibus conpetere videbatur, renunciantes omni actioni, exceptioni, juri canonico et civili, scripto vel

consuetudinario, literis apostolicis inpetratis vel in posterum inpetrandis, quibus predicta venditio posset aliquatenus inpugnari. Ad firmitudinem premissorum seu testimonium presentem cedulam sigillo nostro una cum sigillo nostri capituli tradidimus consignatam. Testes hujus rei: dominus Heinricus de Hircebach miles, Richardus de Cessingen et Heinricus dictus Rapot et plures alii fide digni. Dat. anno domini M°CC°LXX°X secundo, pridie non. marcii, ind. X^a.

372. *Das Kloster Unterlinden zu Kolmar gewährt Johann dem Apotheker und dessen Frau von Basel den Niessbrauch von Gütern des Klosters zu Ober- und Nieder-Hergheim, Woffenheim und Heilig-Kreuz.* — *1282 März 12.*

Original im BA. Kolmar, Unterlinden n° 1^b (A).

Von den drei an Pergamentstreifen hängenden Siegeln sind noch zwei erhalten: 1. . . . . IORISSE . DE . SCO . IOHE . IN . . . . *2.* † S . COVENT . . . SOROR . DE . IOHNE . BAPT . I . COLVNB.

Nos Gerdrudis priorissa totusque conventus dominarum de Vnderlinden in Columbaria notum facimus universis presentibus et posteris, quod nos ratione et causa beneficiorum per modum donationis in pecunia seu rebus mobilibus et inmobilibus in forma legati ac alterius voluntatis nobis et nostro monasterio factorum per magistrum Johannem apothecarium et Mehtildim legitimam suam uxorem cives Basilienses in reconpensationem predictorum benefitiorum inspiciendo evidentem utilitatem nostri monasterii consecutam ab eisdem conjugibus et in posterum consequendam contulimus et constituimus predicto magistro Johanni et uxori sue Mehtildi usumfructum CCCC^{orum} quartalium pro media parte siliginis et pro media parte ordei, quam annonam percipere debent de bonis et possessionibus nostris sitis et positis in superiori et inferiori Herinkein, in villa Woffenhein et ad sanctam Crucem, in duabus villis Herinkein ducenta quartalia, in Woffenhein et ad sanctam Crucem ducenta quartalia, partim siliginis et partim ordei, ut superius est pretactum, promittentes predictis conjugibus, quod predictam annonam annis[a]) singulis in festo beati Martini integraliter ambobus, quamdiu vixerint, de predictis bonis seu possessionibus persolvemus, sive in seculo remaneant sive ad religionem aliquam se divertant. Altero vero predictorum conjugium cedente vel decedente ei, qui superstes fuerit, sive in seculo remaneat sive habitum religionis sibi assumat, quamdiu vixerit, predicti redditus integraliter persolventur, prout si ambo viverent et vita pariter fruerentur. Eis vero ambobus mortuis predicti redditus apud nostrum monasterium sine omni inquietatione heredum vel successorum predictorum totaliter remanebunt. In cujus rei testimonium nos . . priorissa et conventus auctoritate et consensu . . prioris fratrum Predicatorum in Columbaria sigilla nostra et dicti . . prioris huic instrumento appendi fecimus et apponi. Dat. et actum pre-

372. a) annis *übergeschrieben in A.*

sentibus .. suppriorissa, sorore Adelheidi de Rinuelden, sorore Ita de Spechpach, sorore Mehtildi de Rubeaca, sorore Hedina de Sultzmat, sorore .. dicta de Bisegge, sorore Gerdrudi de Thrûbelberc, sorore Ellina de Êpfche, sorore Stephenia de Epfche, sorore Sophia de Rinuelden, item fratre Heinrico de Basilea, fratre Vlrico de Bercholtz, fratre Johanne de Carpentario et fratre Eberhardo procuratore nostro. Anno domini M°CC°LXX°X secundo, quarto idus marcii.

373. *Mechtild Fledin und ihre Tochter vergaben dem Predigerkloster ein Haus in Säckingen.* *Säckingen 1282 März 13.*

Original Pr. n° 88 (A). — * *Pr. B. fol. 146.*
Eingehängtes Siegel des Nicolaus von Titensheim (n° 119).

Quoniam labilis est hominum memoria, necesse est, ut ea, que fiunt in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripto memorabili conmendentur. Noverint igitur universi, quos nosce fuerit oportunum, quod ego[a]) Mehtildis dicta Fledin et Gerdrudis filia mea dimidiam partem domus nostre sitam in oppido Seconiensi prope domum Waltheri dicti Rippe ex una et prope domum Johannis dicti Wickerlin ex parte altera, quam nos a domino Jacobo dicto de Rinvelden pro annuo censu jure hereditario possidebamus, pro remedio animarum nostrarum legavimus seu tradidimus fratribus Predicatoribus domus Basiliensis mittentes predictos fratres cum omni jure nobis conpetenti in dicta domo in possessionem liberam et quietam. Ego vero Jacobus dictus de Rinvelden huic donationi assensum prebeo similiter et consensum eandem donationem per concessionem dicte domus eo jure, quo dicte M[ehtildis] et G[erdrudis] eam a me jure hereditario possidebant, factam dictis fratribus confirmando. In premissorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, quia sigilla propria non habuimus, sigillum domini Nicolai de Titenshein militis appendi rogavimus et apponi. Ego vero prefatus N[icolaus] rogatu predictorum sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum et actum Seconis, presentibus testibus rogatis et ad hoc specialiter convocatis, videlicet Conrado de Keiston Seconiensi tunc sculteto, Conrado Tessere, Wer. de Scvfhar, Henrico dicto Judeo et Walthero dicto Rippe. Anno domini* M°CC°LXX°XII, in crastino beati Gregorii pape.

374. *Heinrich von Ravensburg genannt Brotmeister und seine Frau schenken dem Kloster St. Clara drei Häuser und erhalten sie wieder auf Lebenszeit geliehen.* — *1282 April 23.*

Original Cl. n° 27 (A). — * *Cl. J. pag. 37.*
Auf der Rückseite steht bemerkt: 1. von einer Hand des 14. Jh.: git die Dürrin 1 lb. VI sh. und die von Clingental X sh. von Emerach huß; *2) von einer Hand des 15. Jh.:* Das lb. und VI sh. geltz in dem brief

373. a) ego *auf Rasur in A.*

och die X sh. inwendig geschriben gond ab den zweyen hüsern gelegen zwischen sant Blesis hoff und dem tych und sind Egringen genant.

Drei eingehängte Siegel: 1. St. Clara (nº 67). 2. Klein-Basel (nº 141). 3. Brotmeister (nº 112).

Wir der rat von der minren Basil tûn kunt allen dien disen brief sechent oder hôrent lesen, daz herre Heinrich von Rauesbûrg, dem man spricht der Brotmeister, uñ vro Hedwig sin wirtin hant geben an das gozhûs von sante Clarun driû ovenhuser, eis da Heinrich von Emrach inne sizzit zeim rechten êrbe umbe ein phunt phenningen, uñ zewei andrû ovenhuser, da Peter von Emrach Heinriches brûder inne sizzit uñ meister Rvdolf am Tiche, ictweder zem rechten erbe umb sechs schillinge unde ein phunt. Du selben ovenhûser hat herre Heinrich der vor genante uñ sin vrowe gevertigot dem vor genanten gozhûs mit der lenvrowen hant der Meigerin von der minren Basil, der man jerlich sol geben nûn schillinge ze zinse. Diz gût het er dem vor genanten gozhuse geben mit dem gedinge, daz si jerlich usser dem zinse der ovenhusern, dez da zeinre summe ist zwen schillinge uñ vierdhalb phunt, dez gebent si der Megerin jerlich nûn schillinge ze zinse uñ acht schillinge zun unser vrowen uffen Bûrg ze selgerete. Uñ swenne dez vor genanten Heinrichs jargezit ist, so gent die vrowan inen selben uber tisch ein phunt umbe vische oder umbe win oder swie ez inen aller nôtturftiger ist unde funf schillinge umb brot den durftigen harus zeinre spende. Uñ swenne der vor genanten Hedwig jargizit ist, so gent si inen selben zechen schillinge uber tisch uñ funf schillinge um brot den durftigin harûs. So ôch irs suns herren Berchtolz jargizit ist mornandes nach dem zwelften tage, so sulens aber inen selben geben zehen schillinge uber tisch uñ funf schillinge umb brot den durftegin. Diz vor genante gût hat der Brotmeister uñ sin wirtin wider enphangen von minen vrowen ze verrichtende mit ir selbes handen, die wiele so si beidu lebent. Nach ir tode so sols der convent verrichten dar nach so hie gescriben ist, dar nach alse ir zeweir jargizit gevellet. Uñ dur daz diz verrichtechlich beschech, so henchet der . . convent sin ingesigil an disen brief. Wir der rat von der minren Basil zeim urkunde dirre dinge dur ir aller drier bette willin dez conventes, herren Heinrichs dez Brotmeisters uñ siner vrowen so henken wir unser ingesigil an disen brief. Dis sint gezûge herre Vlrich von Obertor ein riter, Heinrich von Hiltalingin, Hûg Ermenrich, Cvnrat Bœller, Peter Semfteli, Dietrich Teke, Cvnrad von Nvgerol[a]), die des jars des rates waren, uñ ôch ander genûge. Dis beschach, do man zalte von unsers herren geburte tusinch zeweihundert uñ zewei uñ achzich jar, an dem donrestage vor sante Marx tage.

375. *Das Kloster Lützel leiht dem Spital ein Haus in Basel zu Erbrecht.* — *1282 April* —

---

874. a) Peter *bis* Nvgerol *von gleicher Hand später nachgetragen in A.*

Original Sp. nº 3 (A). — Abschrift in Bf. D. fol. 65ᵇ (B).
Zwei eingehängte Siegel: 1. Lützel (nº 69). 2. Spital (nº 153).

Frater Chonradus abbas totusque conventus monasterii Lucelensis ordinis Cistertiensis, Basiliensis diocesis, universis presentem literam inspecturis subscriptorum noticiam cum orationibus et salute. Cum olim Chonradus dictus Gernler et Hedewigis uxor sua cives Basilienses ob remedium animarum suarum mera donatione jus hereditarium, quod ex concessione nostra spectabat ad ipsos in domo nostra sita in civitate Basiliensi in vico Spalon, que dicitur domus Banwardi, in domum Hospitalis pauperum Basiliensis transtulerint, nos dictam donationem approbantes domum ipsam sub eodem jure hereditario et pro eodem censu, qui prius dabatur, videlicet quatuor libris denariorum[a]) nostro monasterio et quatuor solidis cappelle sancti Nicolai annis singulis persolvendis, fratri Chôncino converso cellerario Hospitalis nomine dicti Hospitalis concessimus salvo in omnibus jure nostro videlicet, quod post obitum illius alia persona et deinceps semper una persona substituatur, que domum recipiat, quando de jure et consuetudine fuerit recipienda, et censum honorarium, qui vulgo dicitur ershazz, persolvat. Sciendum etiam, quod predictus census dari debet domino Arnoldo de Blatshein plebano, quamdiu vixerit, deinde nostro monasterio solvi debet, predicti autem quatuor solidi prefate cappelle continue dari debent. In cujus facti memoriam presens litera et nostro et domus Hospitalis sigillis est munita. Act. anno domini M̊CC̊LXX̊X secundo, mense aprili.

376. Maister Johannes von Basel chorherre ze dem tum von Costenz *Zeuge in den Urkunden des Ritters Marquard von Kemnat und des Ritters Ulrich von Bodman.* *Konstanz 1282 Mai 11.*

*Pupikofer 1, Beilage 1, 27 nº 14 und 29 nº 15 nach den Originalen im Archiv zu Frauenfeld. — * Ladewig 2555 und 2556.*

377. *Ritter Ulrich von Gutenburg schenkt dem Kloster Klingenthal seinen Knecht Eberhard Leu.* *Basel 1282 Mai 11.*

Original Kl. nº 93 (A).
Von dem abhängenden Siegel sind nur wenige Reste erhalten.

Universis presens scriptum intuentibus Vl[ricus] de Gv̊tenburc miles eorum notitiam, que secuntur. Noverint universi, quos nosce fuerit oportunum, quod ego vice mea et liberorum meorum considerans, servos ecclesiarum seu monasteriorum angariis secularium judicum debere nullatenus molestari et servos proprios gratis dari posse monasteriis, reverendis in Christo dominabus et monasterio in Klingendal Constanciensis dyocesis dedi et contuli pure et simpliciter propter deum omnem actionem seu jus servitutis, quod ad me pertinebat sive ad meos heredes et quidquid in posterum

375. a) denariis *in A.*

conpetere poterat contra Eberardum dictum Leonem et suos heredes servitutem ejusdem rerumque suarum mobilium et inmobilium servicio meo alligatarum omniaque, que a dicto E[berardo] a me poterant exigi vel debebant, per resignationem publice dictis dominabus factam in eas et earum monasterium transferendo, renuncians ex nunc in antea exceptioni fraudis, doli ac omni auxilio juris canonici et civilis. In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Actum et dat. Basilee, anno domini M̊C̊CLXXXI̊I̊, v. idus maii.

378. *Die Stadt Basel verzichtet gegen das Kloster St. Blasien auf einen Acker im Banne Riehen, welchen das Kloster zwei Basler Bürgern zu Erbrecht leiht.* *Basel 1282 Mai 21.*

Original im GLA. Karlsruhe, St. Blasien (Basel), (A).
An Pergamentstreifen hängt noch das Siegel der Stadt (n° 140).

Nos Hugo de Lôrrach miles magister civium et consules Basilienses notum facimus universis, quod, cum honorabilis dominus . . abbas et conventus monasterii sancti Blasii Nigre silve aliqualem actionem sive impeticionem occasione unius agri dicti Ziegelschûr continentis sex jugera sita inter civitatem Basiliensem et villam Riehein in banno ejusdem ville, quem ad eos et eorum monasterium jure dicebant dominii pertinere, contra nos nomine nostre civitatis et Wezzelonem[a]) cellerarium et Heinricum de Hiltaningen nostros concives, qui eundem agrum a nostra civitate jure possidebant[b]) hereditario, moverent, quamvis eundem agrum nostre civitati pertinere firmiter putaremus, ipsum pro bono pacis et concordie, et quia nec volumus nec debemus ipsi domino . . abbati vel conventui deesse de amicicia vel amore, ad eos et ipsos dimisimus liberum et absolutum, ita tamen, quod ipsum agrum prefatis Wezziloni et Heinrico nostris concivibus pro annuo censu tantum quatuor solidorum denariorum usualium jure hereditario concedere dignarentur, quod et ipsi secundum jus et consuetudinem ipsorum monasterii fecerunt et faciunt per presentes. In testimonium hujus presens instrumentum conscribi fecimus et id ipsum sigillo nostre civitatis et . . abbatis predicti, quo et conventus predictus usus est et contentus, procuravimus sigillari. Nos vero Heinricus abbas et conventus predicti profitemur predicta omnia sic fore acta, in testimonium hujus sigillum nostrum presentibus appendendo. Testes de consilio: dominus Petrus Scalarius, dominus Burch[ardus] Vicedominus, dominus Rûdolfus de Vfhein, dominus Chûnradus Monachus Longus milites, Dietricus monetarius, Wernherus Vulpes, Johannes Schônkint[c]), Wernherus de Halle, Petrus Botsch, Reinmundus et alii quamplures de consilio et extra consilium fide digni. Actum et datum Basilee, anno domini M̊C̊CLXX̊X secundo, feria quinta proxima post diem sanctum pentecosten.

---

378. a) *zwischen* Wezzelonem *und* cellerarium *ein durch Punkte getilgtes* et *in A.* b) possidebat *in A.* c) *zwischen* Johannes *und* Schônkint *ein durch Punkt getilgtes* K *in A.*

379. *Ritter Jacob von Ratsamhausen vergabt dem Kloster St. Maria Magdalena Güter zu Orschweier.* — *1282 Mai 31.*

Eintrag von 1441 im MM. E. fol. 124 (B).

Aber ist ein latinisch brief, der wist, wie her Jacob von Razenhusen ritter ingeseczt und verlichen hat ze haben und zu besiczen den geistlichen frowen priorin und convent ze sant Marie Magdalenen an den Steinen ze Basel die harnach geschrieben guter, die Conrat Lôbir vormals hatte, die da gehoren in des vor genanten gaber hof by Alswilre dem man spricht Dinghof, des vogt und beschirmer er ouch was von ydman gehalten. Und sint dis die vergabte und verlihene guter den egenanten frowen: item nun schacz reben by des vor genanten gaber gebreite, item vierczehen schacz reben by her Peter von Ongirshein reben, item huß und hof by her Sigmund von Meginheim hof. Hie by warent gezugen des selben vorgenanten hofs huber Wernherus Herczoge, Otto von Valkenstein, Conrad Schediler, Dietrich und Heinrich in Heidegasse etc. Dis geschach nach Crist geburt, do man zalt zwolfhundert zwey und achczig, in dezz andern kalend junii des monendes.

380. *Die Ritter Günther und Thüring Marschalk leihen der Frau des Konrad von Hornussen ein Grundstück zu Erbrecht.* — *1282 Mai —*

Original Lh. nº 49 (A). — ** Lh. D. fol. 168ᵛ.* — ** Lh. B. fol. 90.*

Auf der Rückseite von einer Hand des 13. Jh.: de area Chv̊nini fratris nostri.

Eingehängtes Siegel des Thüring Marschalk (nº 110) verkehrt aufgedrückt.

Nos Guntherus et Tvringus Marscalci milites Basilienses notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod nos territorium situm in suburbio Spalon in latere domus Volmari de Wile, quod Cv̊nradus de Horneschon a nobis habuit, ad ejusdem resignationem et Wernheri filii sui concessimus et concedimus presentibus Judente uxori[a]) sue legittime sub jure hereditario, sicut et ipse habuit, et pro eodem censu videlicet triginta denariis in festo beati Johannis baptiste pro dimidia parte et in nativitate domini pro altera dimidia parte nobis annis singulis persolvendis et uno pullo perpetuo possidendum, dantes sibi super hoc testimonium presentes literas nostras sigillatas. Testes: Albertus pistor de Blazheim, Cv̊nradus de Liestal pistor, Rv̊dolfus de Horneschon pistor, Rv̊dolfus de Michilbach, Cv̊nradus de Siernzal et alii quamplures. Actum anno domini M̊CCLXX̊XI̊, mense maio.

381. *Peter Senftelin macht der Kirche St. Theodor sein Haus zinspflichtig.* *Klein-Basel 1282 Juni 3.*

Original St.Urk. nº 57 (A). — *Abschrift in DW. fol. 218 (B).*

An Pergamentstreifen hängt das Siegel von Klein-Basel (nº 141).

---

380. a) uxore *in A.*

Nicolaus de Titinshein scultetus, consules et cives minoris Basilee omnibus presentium inspectoribus rei geste memoriam. Noverint universi, quod Petrus dictus Senftili concivis noster ob anime sue remedium constituit dari singulis annis ecclesie nostre barochiali sancti Theodori videlicet de area et domo sua sita in minori Basilea in inferiori parte pontis, quam nunc inhabitat Johannes cuprifaber, decem libras cere ad faciendum cereum, qui, ut moris est, habeatur in sabbato sancto pasche et in ecclesia sancti Theodori usque ad octavas pentecostes remaneat et ardeat in missis et aliis horis, quibus tales cerei secundum ecclesiarum consuetudinem incenduntur. Completis autem eisdem octabis dictus Petrus vel quicumque successor ejus in domo fuerit prenotata partem, que de cereo remanserit inconsumpta, recipiat data cautione fidejussoria, quod in ventura proxime dominica palmarum, qua prefate decem libre cere semper dande sunt ecclesie sancti Theodori, cere decem libras iterum representet nuncio ecclesie requirente, cui etiam nuncio is, qui ceram dat, duos pro labore suo denarios dare debet. Inibuit quoque sepedictus Petrus, ne area et domus prehabita per rectorem ecclesie sancti Theodori vel alias quascumque personas ullo vendicionis vel alienationis genere distrahatur, adjecta pena, quod, si quis contra suam inhibitionem venire presumpserit, tam area quam domus ad ejus heredes libere revertatur. In testimonium prescriptorum sigillum universitatis nostre presenti carte duximus appendendum.[a]) Datum in minori Basilea, anno domini M̊C̊C̊LXX̊XII̊, proxima feria quarta ante festum Bonefacii.

382. Her Peter der Schaler von Basele *Zeuge in der Urkunde des Berthold von Strassberg.* *Pieterlen 1282 Juni 6.*

Abschriften von 1441 im AltLBBern fol. 44ᵛ (B) und im AltLBKarlsruhe fol. 56ᵛ (B¹).

Trouillat 2, 356 nº 272 nach B. — Fontes 3, 326 nº 342 nach B. — SW. 1829, 63 nº 1.

383. *Ritter Konrad von Eptingen und sein Eigenmann Heinrich von Waldighofen verkaufen dem Kloster St. Maria Magdalena Güter in Köstlach.* *Basel 1282 Juli 12.*

*Originale MM. nº 16 (A) und nº 16ª (A¹). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 208. — * MM. K. fol. 163.*

Die beiden Ausfertigungen rühren von demselben Schreiber her.

An A und A¹ hängen an Seidenschnüren je zwei Siegel: 1. Bischöflicher Official (nº 36). 2. Konrad von Eptingen (nº 97).

. . officialis curie Basiliensis omnibus presencium inspectoribus rei geste memoriam. Noverit universitas vestra, quod constituti Basilee coràm nobis in forma judicii Cv̊nradus de Eptingen miles dictus de Blochmunt et Henricus de Waltenkouen servus ejus, cui ipse Cv̊nradus dominus suus

381. a) *vor* appendendum *steht* appelle *durchgestrichen in A.*

auctoritatem et consensum tradidit in hac parte, omnia bona seu possessiones, quas habebant in villa et banno de Kesselach in agris, pratis, domibus, territoriis, molendinis, nemoribus, pascuis, cultis et incultis, aquarum decursibus et generaliter universis arma [a]) adtineneiis, vendiderunt et tradiderunt de uxorum et liberorum suorum consensu pro octoginta et duabus marcis argenti, quas se recepisse sibique traditas et ponderatas fatebantur, religiosis dominabus Berchte priorisse et conventui sororum Penitentum apud Basileam et per eas ecclesie sue partim hereditario jure et partim jure proprietatis, prout [b]) et ipsi eas tenebant, perpetuo possidendas easque in vacuam et liberam possessionem miserunt bonorum seu possessionum omnium prescriptarum, promittentes et per sollempnem stipulationem obligantes se et successores suos in causa evictionis facturos, quicquid de jure fuerit faciendum. Et ut calumpniandi seu malignandi materia penitus abcidatur, renunciaverunt omni actioni, statuto, conswetudini, juri canonico et civili et generaliter omni defensioni seu inpugnacioni, per quam prescriptus contractus recindi posset vel in posterum infirmari. Sunt autem hee possessiones: in loco, qui dicitur Strûtbûhel, quatuor jugera, an dem Kembelbûle duo jugera, zer heiligen [c]) Rûte unum juger, in dem Strûte unum juger, ze Gerhardes lachen zem Holzelin quinque jugera, zem Bômelin duo jugera, zer Furte quatuor jugera, bi der Mûli [d]) duo jugera, zer Hûttenstein [e]) unum juger, in der Rûti [f]) octo jugera cum dimidio, in den Strengen ze Lowenhage [g]) duodecim jugera cum dimidio, ze Bruglon [h]) quatuordecim jugera, in Malles septem jugera, an dem Bônlande unum [i]) juger, zen Rûten unum juger, zem Hornreine [k]) unum juger, zem Bokende duo jugera, ze Hûtech duo jugera, vor dem Walde unum juger, item in Altenphirte [l]) anderhalb manwerch matten, ze Hirzmatten unum manwerch, zem Selde [m]) unum manwerch, in dem Dorf vierdehalb manwerch, zem langen Eichholz [n]) sex jugera, ze kalten Brunnen duo jugera, ob Ôrenzach unum juger, an dem Berge quatuor jugera, ze Stege duo jugera, ze Ratolzhalden unum juger, ze Brugelin unum juger, in dem Bûcholze [o]) duodecim jugera, in dem vrien Eicholze tria jugera, in dem vrien Eicholze anderhalb des weges tria jugera, in dem vordren Eichholz [p]) tria jugera, in dem Espinhage unum juger, vor dem Walde sex jugera, zen [q]) Ruten duo jugera, ze Grimelen maten [r]) quatuor jugera, under dem Reine unum juger, an dem Anwender duo jugera, under dem Berge sex jugera, zem Kruze tria jugera, in der Kelwig unum juger, an die Bach duo jugera, ze Hutestete tria jugera, an dem Brûle duo jugera, zem Bômelin unum juger cum dimidio, zem holen Wege duo jugera cum dimidio, zem Holzelin tria jugera, ze Hirzmatten duo jugera, in dem [s]) Kirsebôme unum juger, zer heiligen [c]) Rûten unum juger, uf Kembelbûle unum juger, uf dem Strûtbûle unum juger cum dimidio, item

---

883. a) *so in A und A*^{1}. b) sue partim proprietatis partim hereditario jure, pront *in A*^{1}. c) heilgen *in A*^{1}. d) Mulin *in A*^{1}. e) Hutentestein *in A*^{1}. f) Rvtin *in A*^{1}. g) dem Strengen ze Lôwenhage *in A*^{1}. h) Bruggelon *in A*^{1}. i) duo juger *corrigiert aus* nnnm juger *in A*^{1}. k) Horne reine *in A*^{1}. l) Altenphirrete *in A*^{1}. m) Selide *in A*^{1}. n) item zem langen Eichholze *in A*^{1}. o) Bûcholz *in A*^{1}. p) vordern Eicholz *in A*^{1}. q) zem *in A*^{1}. r) Grimalen matten *in A*^{1}. s) im *in A*^{1}.

in dem[t]) Dorf drithalb manwerch matten, in Grimale matten ein halb manwerch, an dem Brûle ein halbs[u]), in der Stritstrût ein halbs[u]), im Kirsebôme[v]) ein manwerch, ze Hirzmatten zwei manwerch[w]), item in der Dorfmatten drithalb manwerch maten,[x]) an dem Brûgele ein halbes, an dem Mvlinaker[y]) tria jugera, an dem Strûtbûle duo jugera, in den Rûten[z]) tredecim jugera und der hof, da daz hus ufestat,[aa]) und des gûtes von Waltenkouen[bb]) dru manwerch matten bi der Mvli[cc]) et sex jugera in den Rûten und[dd]) das holz in Reters tal. In testimonium premissorum presens carta sigillis curie Basiliensis et prefati Cv̊nradi militis est munita. Nos Cv̊nradus miles de Eptingen dictus de Blochmunt et Henricus de Waltenkouen servus ejus confitemur venditionem seu traditionem et formam venditionis seu traditionis prescripte per omnia sic actam esse, prout est superius annotatum, et ad ca, que presens continet instrumentum, fideliter observanda nos et successores nostros presentibus obligamus. In signum hujus ego Cv̊nradus miles antedictus pro me et Henrico servo meo prefato sigillum meum presentibus duxi appendendum.[ee]) Act.[ff]) Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊X secundo, IIII. idus julii.[gg]) Testes sunt dominus Rûd[olfus] Krafto, dominus Johannes[hh]) de Liestal canonici Basilienses, dominus Johannes[hh]) Rôbarius[ii]) miles, Dietricus[kk]) capellanus domini .. prepositi Basiliensis, Cv̊nradus capellanus sancti Pauli, Heymo capellanus ecclesie sancti V̊lrici et magister Johannes de Monasterio necnon plures alii fide digni.

384. *Das Kloster Feldbach leiht dem Kloster St. Maria Magdalena Güter zu Köstlach.* *Basel 1282 Juli 12.*

*Original MM. n° 15 (A). — Deutscher Auszug in MM. E. fol. 224. — * MM. K. fol. 163.*

Eingehängtes Siegel: † S . HENR . PREPOSITI . DE . . . . . CH.

Universis presencium inspectoribus frater H[enricus] prepositus et conventus domus de Veltpach Cluniacensis ordinis, Basiliensis dyocesis, rei geste memoriam. Noverit universitas vestra, quod nos ad resignationem et petitionem strenui militis Cv̊nradi de Eptingen dicti de Blochmunt et Henrici de Waltenkoven servi sui[a]) bona seu possessiones subnotatas, quas iidem Cv̊nradus et Henricus a nobis et domo nostra jure tenebant hereditario in villa et banno de Kesselach pro annuo censu triginta solidorum in festo beati Johannis baptiste solvendorum, concessimus eodem jure et censu religiosis dominabus . . priorisse et conventui Penitentum apud Basileam et concedimus per presentes quiete et pacifice perpetuo possidendas. Sunt

---

Officialis curie Basiliensis omnibus presentium inspectoribus rei geste memoriam. Noverit universitas vestra, quod constitutus in presentia nostra sub anno domini M̊C̊LXXXVI̊I, feria quinta ante Margarete, Wernherus dictus Herzogo de Alswilr confessus est in forma judicii, quod ipse possessiones subscriptas ad eum jure proprietatis libere pertinentes sitas in villa et banno de Alswilr Basiliensis dyocesis vendidit et tradidit domino Lvdwico canonico et procuratori ecclesie sancti Petri Basiliensis et per eum eidem ecclesie sancti Petri pro decem et octo libris denariorum monete usualis et easdem possessiones a dicto Ludwico nomine capituli pro annuo censu duarum librarum usualis monete singulis annis in festo nativitatis domini solvendorum ipse una cum uxore sua Mita jure recepit hereditario quiete et pacifice perpetuo possidendas. Confessus est etiam se dictam pecuniam decem et octo videlicet libras integraliter fideliter recepisse, mittens dictos Ludwicum et ecclesiam in vacuam et liberam eorundem bonorum possessionem et promittens pro se suisque successoribus debitam prestare warandiam, quotiens necesse fuerit et quando a dictis Ludwico vel ecclesia fuerit requisitus, et in causa evictionis faciet, quicquid de jure fuerit faciendum. Hoc etiam actum inter partes de mutuo consensu, quod in mutatione manuum honorarii nomine tantum duo solidi persolventur, et quod tam ipse quam sui successores, quotiens in solvendo censum duarum librarum negligentes extiterint ita, quod ultra unius anni spatium a tempore solutionis ejus distulerint solutionem Basilee, dicto capitulo censum ipsum illo anno pene nomine duppli- cabunt. Item est actum inter partes, quod ipse Wernherus, uxor sua prefata vel quicunque heredum suorum antedictam curiam et vineas in debita et consueta cultura non habuerint, tunc ipso facto a jure suo cadent. Sunt autem hec possessiones, videlicet curia sua sita in Alswilr cum vineis et aliis pertinentiis in vico dicto Waltweg[a]) juxta vineas ecclesie de Lutenbach ex uno latere, ex alio vero juxta vineas Heinrici villici dicti de Staffelvelden, item unus seadus cum dimidio siti in banno dicte ville Alswilr in loco dicto Pfingstberg juxta vineas dominarum de Swarzendan an Lẏphersberge. In testimonium premissorum nos . . officialis curie Basiliensis sigillum curie nostre presentibus duximus appendendum. Datum ut supra.

586. Item anno domini M̊C̊LXXXVI̊I, feria sexta ante Margarethe, hora conpletorii, super pontem extra portam Spalcam, . . .[a]) et Mechthildis Mvrerin uxor sua promiserunt me reddere indempnem fide data pro XXVIJ sol., quos d . . .[a]) Slienger civi Basiliensi. Hiis presentibus acta sunt hec: H. de Bv̊bendorf scolari, Chv̊ncino dicto Obezer, . . .[a]) helle, dicto Tvnis ortulano, Johanne Zuger (?), dicto de Bintzhein pistore, Bila ancilla dicti Johannis. In soli . . .[a]) dominica post Jacobi. *Basel 1287 Juli 11.*

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 97.

585. a) *oder* Walcweg?

586. a) *Textverlust in Folge von Beschneidung des Blattes.*

587. *Das Stift St. Leonhard leiht drei Verwandten der Bela Koserlin ein Haus auf Lebenszeit.* *Basel 1287 Juli 24.*

Original Bf. nº 2 (A).

Auf der Rückseite von einer Hand des ausgehenden 14. Jh.: ista litera continet censum VIII solidorum, qui debetur canonicis majoris ecclesie Basiliensis et dicitur nunc domus illa ze der Schere.

Zwei eingehängte Siegel: 1. St. Leonhard (nº 49). 2. S . FRM . MINOR . . . BASILE . .

Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod nos . . prepositus et conventus sancti Leonardi Basiliensis domum sitam inter Institores, quam nobis et fratribus Minoribus Bela dicta Koserlin ob remedium anime suc in solidum contulit, concessimus et concedimus presentibus Gisine dicte Koselerin, Methildi sorori predicte Bele, necnon Katerine filie ejusdem, si casta permanserit, alias non, pro annuo censu triginta solidorum, quorum viginti solidi cedunt Johanni dicto Hurrebolt in jejuniis IIII^{or} temporum, VIII^{to} solidi sancte Marie ecclesie majoris, XVIII denarii nobis in anniversario predicte Bele, et sex denarii ecclesie sancti Albani, quicte et pacifice quoad vixerit possidendam. Et sciendum, quod una vel duabus ex eis de medio sublatis ultima domum, quoad vixerit, eodem jure per omnia possidebit, qua defuncta dicta[a]) domus ad nos et ad fratres Minores libere revertetur. Item sciendum, quod, si manum ex parte predicti Johannis vel ejus heredum contigerit mutari viventibus et inhabitantibus domum dictam prefatis Gisina, Methildi et Katerina, ipse pro nobis et ecclesia nostra honorarium solvere tenebuntur, non tamen propter hec jus hereditarium subintrabunt. In cujus facti evidenciam presentem cartam sigilli nostri muniminc una cum sigillo fratrum predictorum fecimus roborari. Datum anno domini M̄CC̄LXX̄XVIĪ, in vigilia sancti Jacobi apostoli.

588. *Schwester Junta von Mülhausen schenkt dem Johanniterhause daselbst Güter in Matzenheim und empfängt sie mit ihrem Sohne wieder zu Erbrecht.* — *1287 Juli 28.*

Original Kl. nº 121 (A).

CM. 1, 87 nº 116 nach A.

Die beiden (eingehängten) Siegel fehlen.

Frater Jacobus de Nouocastro conmendator sacre domus Hospitalis sancti Johannis in Mullehusen et in Sulze totusque conventus ejusdem domus[a]) in Mullehusen universis presencium inspectoribus salutem in domino. Noveritis, quod soror Juncta de Mullehusen ordini nostro contulit agros suos proprios sitos in banno Macenheim, qui vulgariter dicuntur zwene mentage, solventes singulis annis X quartalia annone, quos agros de gracia sibi et Cûnoni filio suo dicto de Walhen concessimus jure hereditario possidendos

587. a) dicta *übergeschrieben von gleicher Hand in A.*

588. a) domus *von gleicher Hand übergeschrieben in A.*

ita, ut singulis annis in festo beati Martini hiemalis nobis solvant I solidum denariorum pro annuo censu. Testes hujus facti sunt dominus Bern[herus][b]) de Durnich et frater suus Hugo et Cv̊no Juenis et prior in Mullehusen et frater Jo. de Rubiaca et frater Petrus dictus Biset. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum[c]) duximus appendendum, anno domini M°C°L°X°X°VII, in die beati Pantaleonis.

589. *Bischof Peter giebt dem Stift St. Leonhard tauschweise die Zehntquart zu Kiffis gegen den Mettenberg. — 1287 August 1.*

*Original im BA. Kolmar, Lützel n° 83 (A). — Abschrift in Lh. II. fol. 7 n° 27 (B). — * Lh. D. fol. 203° und 221°.*

Trouillat 2, 443 n° 344 nach B = Gckr. 15 instrumenta 234 n° 56.

Bei Trouillat ist zu lesen Z. 2: comoditati; *Z. 3:* attendentes montem de; *Z. 4:* Mettunberg; *Z. 6:* Lvzule; *Z. 14:* quidquid; *Z. 19:* fecimus et facimus.

Auf der Rückseite von A von einer Hand des 14. Jh.: litera 2da.

An Bändern hangen zwei Siegel: 1. Bischof Peter (n° 147). 2. Domstift (n° 18).

590. *Die Testamentsexecutoren des Chorherrn Kuno von Guggisberg stiften und dotieren einen Altar in der St. Peterskirche.*

Basel 1287 [August 6.].

Original Pt. n° 71 (A). — Unvollständige Abschriften in Pt. B. fol. 54 (B) und in Pt. II. fol. 61° n° 125 (B¹). — Abschrift in VBO. von 1499 Dezember 18 Pt. n° 1224 (B²). — Abschrift nach Vidimus des Bischofs Peter von 1287 Dezember 19 in Pt. II. fol. 48 n° 94 mit dem Datum octavo idus augusti *(C).*

Die Siegel sind abgefallen.

In nomine domini amen. Nos Cv̊no cantor ecclesie Columbariensis et Rv̊degerus sacerdos rector ecclesie de Núwilr executores testamenti Cv̊nonis de Gukansperg canonici ecclesie sancti Petri Basiliensis et cellerarii quondam domini . . episcopi Basiliensis notum facimus universis, quod accedente consensu honorabilium dominorum Cv̊nradi prepositi,[a]) Rv̊dolfi decani tociusque capituli ejusdem ecclesie sancti Petri Basiliensis construximus et erexi-mus altare novum in honore beate et gloriose virginis genitricis dei nec non beati Leodegarii martiris et episcopi ac beati Martini confessoris atque pontificis in ecclesia sancti Petri in latere versus claustralem ambitum, dotantes illud de redditibus ex dicti Cv̊nonis pecunia conparatis, ordinantes et irrefragabiliter statuentes, ut ad hoc altare cum vacaverit assumatur persona ydonea non in gradu inferiori quam in sacerdocio constituta, et quod ille, qui nunc est rector altaris vel qui pro tempore fuerit, choro sit astrictus et personaliter vigiliis ceterisque horis omnibus canonicis intersit nisi infir-

588. b) *corrigiert aus* Wern. *in A.* c) sigillo nostro *in A.*

590. a) Cv̊nradi prepositi *fehlt in C.*

mitate vel alio legitimo inpedimento fuerit prepeditus, et teneatur in audiendis confessionibus, in visitandis infirmis et sepulcris, ad que tenentur alii capellani, qui choro et ecclesie sunt astricti, et omni die per se vel per alium missam inmediate post missam parrochialem sancti Jacobi celebret ad laudem et gloriam omnipotentis dei et salutarem habeat memoriam fundatoris, percipiatque terciam partem oblationum, monitionum, remediorum et omnium obventiorum, que sibi intuitu ecclesie obvenerint, et reliquas duas partes conferat custodi inter canonicos cum ceteris obventionibus dividendas. Si qua vero sibi non intuitu ecclesie sed persone a propinquis forsitan et familiaribus data vel legata fuerint sine fraude, illa dividere non tenetur. Et super hoc in sua[b]) institutione fidelitatem ecclesie faciet interposito juramento. Hujus autem altaris collatio pertinere debet ad decanum, custodem, cantorem et scolasticum ecclesie sancti Petri, qui post ejus vacationem infra quindenam providere debent altari de ydoneo sacerdote. Et si discordes fuerint vel aliquis eorum absens, utpote in studio vel extra provinciam, tune partis majoris numero eorum qui presentes sunt stabitur voluntati. Verum si provisionem distulerint ultra quindenam, collatio ad universitatem capituli devolvetur et pars major numero prevalebit. Item si capitulum infra quindenam neglexerit providere, tunc ad solum prepositum ecclesie sancti Petri, qui etiam in casu quolibet investire debet, collatio pertinebit, proviso quod nulli canonicorum ratione aliqua conferatur. Sane si rector altaris, qui pro tempore fuerit, notabiles excessus conmiserit aut in debitis obsequiis choro defecerit vel altari, decanus de consilio capituli vel pars capituli major numero debent ipsum ad condignam emendationem caritativis affectibus et piis inducere monitis viam pacis et lenitatis primitus attemptando, per quam si non profecerint, tunc per subtractionem fructuum et demum, si delicti qualitas vel ejus incorrigibilis pertinatia meruerit, per privationem altaris rationabili monitione previa cohercere, sic facturi decanus et capitulum, ne in conscientias et animas suas dissimulent corrigenda. Ut autem omnia prescripta debito modo serventur et perpetua firmitate permancant inconvulsa, nos cantor et Růdgerus[c]) executores prenotati hanc cartam sigillis nostris decrevimus roborandam, cui et nos Cv̊nradus prepositus et capitulum ecclesie sancti Petri Basiliensis memorati sigilla nostra in signum nostri consensus ob evidentem ecclesie nostre utilitatem rogatu dictorum executorum duximus appendenda. Act. Basilee, octavo idus [augusti], anno domini M̊CC̊LXX̊X septimo.[d])

591. *Schaffner Berthold von Pfäffingen bekennt, dem Kloster Klein-Lützel von Gütern in Kiffis zinspflichtig zu sein.*

— 1287 August 8.

*Abschrift von 1295 in Lh. H. fol. 7 n° 25 (B). — * Lh. D. fol. 203v°. Trouillat 2, 444 n° 345 nach B. Hier ist zu lesen Z. 10:* Tierstein predicti.

590. b) in sua *von gleicher Hand übergeschrieben in A.* c) Růdegerus *in C.* d) Actum Basilee, anno domini M̊C̊LXX̊XVI̊I̊, octavo idus augusti *in C. In den Überlieferungen A bis B⁴ fehlt* augusti.

592. *Bischof Peter befiehlt den Würdenträgern und Kirchenvorstehern seiner Diöcese, die Boten der St. Martinsgemeinde in Basel, welche Beiträge zur Vollendung des Baus der St. Martinskirche einsammeln, gut aufzunehmen und die Untergebenen und Gläubigen zur Spendung solcher Beiträge anzuhalten.* *Basel 1287 September 1.*

Abschrift Wurstisens in WCD. fol. 30 (B).

Trouillat 2, 444 nº 346 nach B. Hier ist zu lesen S. 445 Z. 4: sibi et fidelibus; *Z. 5:* merita supplicum; *Z. 15:* pœna suspensionis *und* præcipiendo; *Z. 25:* feeerint *statt* foverint.

593. *Anna von Wettolsheim und ihre Tochter vergaben auf den Zeitpunkt ihres Todes dem Predigerkloster Güter zu Ungersheim, Sausheim und Gebweiler.* *— 1287 September 20.*

Original Pr. nº 101 (A).

Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials (nº 150).

. . officialis curie archidiaeoni Basiliensis. Anno domini M̊CC̊LXX̊X̊ septimo, sabbato post exaltationem sancte crucis, constitute coram nobis in forma judicii domina Anna de Wetelshein et Agnes filia sua non vi, dolo vel metu coacte aut circumvente, sed bona voluntate suarum meneium conpotes fratri Heinrico de Wangen familiari Predieatorum in Basilea de consensu . . prioris et conventus fratrum Predicatorum in Basilea, quibus ipse domine puram et simplieem de bonis infra seriptis, ut asserebant, donationem redditus subseriptos post mortem ipsarum donaverunt, videlicet dccem quartalia eque siliginis et ordei, que debentur singulis annis ipsis dominabus nomine census de bonis sitis in Ôngershein, que excolit ipsarum nomine Johannes dietus Supher, item novem quartalia et dimidium siliginis, sex et dimidium ordei, unum angnum, dimidiam carratam straminis, unum quartale pisarum, tres solidos et VI denarios, que omnia debentur ipsis dominabus nomine census singulis annis de bonis sitis in Sowenshein, que Ludewicus de Sowenshein excolit nomine ipsarum; item octo quartalia eque siliginis et ordei, que debentur ipsis dominabus singulis annis nomine eensus de bonis sitis in banno de Gebwilr, que ipsarum nomine exeolit Burchardus filius Gerungi; item quinque libras denariorum, que debentur ipsis dominabus nomine census annis singulis de bonis, que nomine ipsarum exeolit et possidet Heilwigis dicta Rvncisin, promittentes bona fide se dictam donationem ratam habere velle nec contravenire quoquo modo. Seiendum est insuper, quod, si frater Heinricus predictus matrimonium contraxerit aut religionem intraverit aut bona ipsa vendere, alienare aut permutare attemptaverit aut quandocunque ipsum mori contingerit, ipsi redditus et bona seu possessiones absolute et simpliciter ad fratres Predieatores in Basilea devolvuntur et transire debent. Dat. anno et die ut supra. In hujus rei testimonium ad petitionem dominarum predictarum sigillum curic nostre presentibus est appensum.

Digitized by Google

594. *Der Domsubcustos Johann verkauft dem Priester Peter von Bettlach das Erbrecht an einem Hause.* — *1287 September 30.*

Original Pt. nº 70 (A).

An Pergamentstreifen hängt noch das Siegel von Michelfeld (nº 154).

Auf der Rückseite von einer Hand des 14. Jh.: Ab abbatissa monasterii in Blatzhein redd. XXX sol. super domo dicte Phinerin.

Abbatissa totusque conventus monasterii de Blazhein Cysterciensis ordinis, Basiliensis dyocesis, omnibus presencium inspectoribus rei geste memoriam. Novcrit universitas vestra, quod, cum dominus Johannes de sancta cruce subcustos ecclesie Basiliensis usufructum domus et horti adjacentis quondam dicti de Hirsvngen fabri, que domus contigua est domui dicti Steinklers pellificis ab uno latere, a nobis et monasterio nostro teneat, ipse nostro accedente consensu jus hereditarium, quod in eadem domo et horto quondam conpetebat vel conpctere videbatur Agnese de Altkilch relicte dicti fabri de Hirsvngen, quod quidem jus hereditarium ad manus ipsius subcustodis tum ex pena canonis pro negliencia recipiendi et censu non soluto, tum cx voluntaria ipsius Agnese resignatione fuerat devolutum, vendidit et tradidit domino Petro sacerdoti dicto de Betlach pro sex libris denariorum et ipsum jus hereditarium in ipsum dominum Petrum transtulit recepto ab eo honorario, qui erschaz vulgariter nuncupatur. Hac adjecta condicione, quod, si prelibatus usufructus dicto subcustode cedente vel decedente ad nos ct nostrum monasterium revertatur, prefatus sacerdos vel ejus successores illa vice ad dandum honorarium minime teneantur. Sciendum tamen, quod de dictis domo et horto nobis seu domino Johanni memorato tanquam usufructuario sedecim solidi nomine census et octo circuli nomine revisorii solvi debent a dicto sacerdote suisque succcssoribus annuatim. Testes hujus venditionis seu concessionis: dominus Petrus custos ecclesie sancti Petri Basiliensis, Heinricus scolasticus ejusdem ecclesie sancti Petri, magister Chv̊no cantor ecclesie Columbariensis, Burchardus dictus de Altkilch, Nicholaus cappellanus domini episcopi Basiliensis, Chv̊nradus dictus Faber cappellanus sancti Pauli sacerdotes, Chv̊nradus dictus Glogner, Heinricus dictus de Bielle cementarius, Chv̊nradus dictus Weke cives Basilienses et alii quamplures fide digni. In testimonium premissorum presens karta sigillo nostri monasterii est munita. Actum anno domini M°C°LXX°X septimo, crastino beati Michahelis. Ego Johannes de sancta cruce subcustos ecclesie Basiliensis prescriptus confiteor omnia prenotata sic esse acta, quemadmodum superius sunt expressa, et confiteor mc dictas sex libras et honorarium recepissc, constituens me warandum dicte venditionis, traditionis et concessionis dicto domino Petro suisque successoribus universis. In signum hujus sigillum meum una cum sigillo dominarum de Blazhein duxi presentibus appendendum. Actum ut supra.

595. *Nicolaus, des Werner von Blotzheim Sohn, verkauft der Anna Schachternellin Rebland zu Binzen.* — *1287 Oktober 1.*

Original Kl. nº 122 (A).
Das (eingehängte) Siegel fehlt.

. . nos . . officialis curie archidyaconi Basiliensis notum faeimus universis, quod in nostri presencia propter hoe personaliter constitutus Nicolaus filius quondam Wernheri dieti de Blazhein conpos mentc et sanus eorpore vendidit et tradidit ac vendidisse et tradidisse coram nobis est professus . . sorori Anne dicte Sehaternelli dimidium juger vincarum, quod vulgo dieitur manewereh, tanquam liberum et nemini censuale, situm in banno Binzhein in monte, qui dieitur Buele, attingens utrobique vineas domini de Wielandingen militis, altera vero pars sità est in loeo, qui dieitur an dem Nunnenberge, in eodem banno prope bona domine . . dietc Sehaltenbrandin ex parte una et prope bona Heinzelmanni de Ottlinkon ex parte altera, pro octo libris monete usualis mittens eandem Annam in possessionem dietarum vinearum vacuam et quietam, transferens in ipsam omne jus et dominium, quod ei eonpetit et conpetere potest in bonis superius nominatis, obligans se de evietione et de warandia prestanda, quando et quotiens fuerit requisitus, renuncians exeeptioni non numerate, non appense, non solute peecunie, restitutioni in integrum ae omni auxilio juris eanonici et eivilis. Testes: dominus Dietricus cantor Basiliensis dietus de Fine, magister Henricus eantor saneti Petri Basiliensis et Henricus frater predieti Nicolai. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno domini M̊CC̊LXX̊X septimo, kalendis oetobris.

596. Anno domini M̊CC̊LXXXVI̊I, in festo beati Martini, eives et consules Basilienses tenentur mihi XIIII lb. et VI dn. . . .[a]) VII quartalia pro XXXVI sol.
— *1287 November 11.*

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 97.

597. *Johanns des Apothekers von Basel Witwe schenkt sich und ihr Gut dem Kloster Unterlinden zu Kolmar.*
— *1287 November 13.*

Originale im BA. Kolmar, Unterlinden nº 12ª (A und A¹).
Die beiden Stücke sind von derselben Hand geschrieben.
Das Siegel des erzpriesterlichen Officials (nº 39) hangt an A an einem Pergamentstreifen, an A¹ an einer Seidenschnur.

Nos . . officialis euric archidiaconi Basiliensis notum facimus universis presentes litcras inspecturis, quod constituta coram nobis in forma judieii Mechthildis relicta quondam magistri Johannis apotheearii Basiliensis sana corpore et conpos mcntis ob spem retributionis eterne tam pro salute animc sue quam pro . . mariti sui predicti eontulit et donavit libere fratri Eberhardo procuratori generali . . priorisse et eonvcntus dominarum Vnderlindun ordinis Predicatorum in Columbaria Basiliensis dyoecesis nominc ipsius con-

596. a) *Textverlust in Folge von Beschneidung des Blattes.*

ventus et ipsi conventui dicto . . procuratore recipienti ipsam donationem nomine monasterii Vnderlindun et ipsius conventus contulit inquam omnia sua bona tam mobilia quam inmobilia, que ad prcsens habet, habuit et in futurum habitura est, immo se et sua transtulit dicto monasterio pleno jure exprimens, quod in ipsa donatione transferret debita et donaret et cederet actiones qualescumque sibi conpetentes contra personas quascumque, volens ipsam donationem ratam csse et irrevocabilem, misitque coram nobis dictum fratrem Eberhardum procuratorem in plenam possessionem omnium bonorum supradictorum nomine ipsius conventus et dedit ei auctoritatem nomine conventus seu monasterii predicti intrandi possessionem et apprehendi[a]) predictorum bonorum et disponendi de ipsis pro sue libito voluntatis, renuncians exceptioni Velleani et omni auxilio juris canonici et civilis, per quod predicta donatio posset aliquatenus infirmari. In cujus rei testimonium sigillum curie nostre presenti instrumento ad petitionem parcium duximus appendendum. Testes, qui interfucrunt, sunt dominus Dietherus prepositus monasterii de Olenberg, dominus V̊lricus canonicus ejusdem monasterii de Olenberg, dominus Lvdewicus[b]) canonicus sancti Petri Basiliensis, domina Agnesa dicta de Trubelberg[c]) et alii quamplures fide digni. Datum et actum anno domini M̊C̊CLXX̊XVII̊[d]), feria quinta post festum beati Martini.

598. *Herr Heinrich Mönch verkauft dem Kloster Klingenthal Güter bei Häsingen.* — *1287 November 15.*

Originale Kl. n° 123[a] (A) und n° 123 (A[1]).
Die beiden Ausfertigungen rühren von derselben Hand her.
An Pergamentstreifen hängt noch das Siegel des erzpriesterlichen Officials (n° 39).

Nos . . officialis curie archidiaconi Basilicnsis notum facimus universis presentes literas inspecturis, quod constitutus coram nobis in forma juris dominus Heinricus Monachus civis Basiliensis sub anno domini M̊C̊CLXX̊XVII̊, sabbato post festum beati Martini, vendidit possessiones suas sitas in banno ville Hesingin universas, quas ibidem habet, fratri Hugoni procuratori . . priorisse[a]) et conventus monasterii in Klingental minoris Basilee Constantiensis dyocesis recipienti ipsam venditionem nomine predicti monasterii et conventus pro viginti marcis argenti ponderis Basiliensis dictasque possessiones in prefatum monasterium cum omnibus pertinentiis, juribus et utilitatibus suis justo venditionis titulo transtulit pleno jure presentibus et consencientibus . . uxore sua legitima, filia sua relicta[b]) quondam . . dicti de Lanzberg, domino Hartungo clerico, domino Cvnrado milite, Burchardo et Heinrico domicellis fratribus carnalibus, qui omnes consensum suum predicte venditioni adhibuerunt. Et quia prefate possessiones de dote fuerunt domine

---

597. a) aprehendi *in A*[1]. b) Lvdw. *auf Rasur in A*, Ludewicus *in A*[1]. c) Trûbelberg *in A*[1]. d) M̊C̊CLXX̊X septimo *in A*[1].

598. a) *corrigiert aus* abbatisse *in A*. b) filie sue relicte *in A und A*[1]; *in A steht hinter* sue *durchstrichen* de.

predicte uxoris domini Heinrici Monachi prenotati, ipsa personaliter juramento astrinxit se contra predictam venditionem non venire de jure vel de facto et ipsam venditionem ratam habere. Intervenit etiam huic venditioni talis conditio, quod prefatus . . procurator nomine monasterii predicti debet predicto venditori vel suis heredibus[c]) a festo nativitatis domini proximo instans usque ad tres annos ab ipso festo revendere possessiones memoratas pro dicte pecunie quantitate, cum tamen dictus venditor dictas possessiones emere voluerit et solvere precium prenotatum. Actum est etiam, quod, si dictus miles dictas possessiones emerit, quod ipsas possessiones concedere debet . . priorisse et conventui monasterii predicti pro octo verdencellis spelte et duobus pullis annis singulis in festo nativitatis beate Marie virginis persolvendis jure enphyteotico libere perpetuo possidendas. Debet etiam dictus miles exhonerare dictas possessiones a quolibet asserente aliquod honus vel servitutem ipsis[d]) esse annexas et in omnibus prestare justam et legitimam warandiam. Confessus est etiam predictus . . miles se dictam pecuniam integre recepisse et in usus suos convertisse. Exceptioni non numerate pecunie scu[e]) non tradite renunciavit, renunciavit etiam insuper omnibus auxilibus juris, per que dicta venditio posset in posterum aliquatenus annulari. Sciendum est insuper, quod, si dictus miles dictas possessiones reemerit, in concedendo eas, ut dictum est superius, non plus pro honorario recipere debet[f]) quam quinque solidos et sic mutata manu est perpetuo observandum. In cujus rei testimonium presens litera sigillo curie nostre una cum sigillo predicti H[einrici] Monachi est sigillata. Datum[g]) anno et die predictis.

599. *Wilhelm Schaltenbrand vergabt Reben zu Geberschweier seiner Frau und nach deren kinderlosem Ableben dem Kloster Olsberg.* — *1287 November 22.*

Original im StA. Aarau, Olsberg n° 148 (A).
Eingehängtes Siegel des erzpriesterlichen Officials.

. . officialis curie archidiaconi Basiliensis omnibus presentem paginam inspecturis noticiam subscriptorum. Noverint tam presentes quam posteri, quod constitutus in presentia nostra Wilhelmus dictus Schaltenbrant civis Basiliensis vineas suas sitas in banno de Gebliswilr universas cum agris et pratis annexis eisdem vincis et cetera mobilia sua Mechthildi uxori sue legitime liberaliter contulit et assignavit quamdiu vixerit possidenda, hoc pacto adjecto, quod, si prenotata Mechthildis decesserit sine prole a se procreato, vinee prelibate ad cenobium in Olsberg devolventur, cui antea vinearum possessionem contulerat earundem, ita videlicet, quod ipsa ecclesia sive persone ibidem degentes annuatim solvant viginti solidos ecclesie in Steimbrunn pro cera in festo beati Mauricii, ut ibidem sui memoria jugiter habeatur. Et ut hec donatio firma maneat et inconcussa, ad preces pre-

598. c) vel suis heredibus *übergeschrieben von der gleichen Hand in A.* d) ipsius *in A*[1]. e) seu *fehlt in A.* f) *hinter* debet *steht* pro *durchstrichen in A.* g) Datum et actum *in A*[1].

dictorum conjugum presens scriptum sigillo curie nostre duximus consignandum. Testes: magister Otto advocatus, magister Wernherus Bauularii et alii quamplures. Datum et actum anno domini M°CC°LXXXVII, sabbato ante festum beate Katherine.

600. Anno domini M°CC°LXXXVII, feria sexta post Katerine, obligavimus nos Adelheidi dicte zem Swerte ad IIII^{or} verencellas spelte eum dimidia, dandas singulis annis de nostro granario quamdiu vixerit. ipsa vero defuncta nulli heredum suorum sumus in aliquo obligati. Et sciendum, quod ipsa contulit nobis pure et simpliciter propter deum bona, que habemus in Nidern Stenebrvnnen. — *1287 November 28.*

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 78^{v}.

601. *Der apostolische Legat Johann Bischof von Tusculum fordert die deutschen Bischöfe auf, gegen die Strassburger Bürger, falls sie auf ihren Feindseligkeiten gegen die Dominikaner beharren, die weltliche Macht zu Hilfe zu rufen, und untersagt insbesondere den Bürgern der Städte Basel, Freiburg, Kolmar, Schlettstadt, Speier, Worms, Mainz und Köln, ferner Handelsverkehr mit denselben zu pflegen.* *Clairvaux 1287 Dezember 8.*

UBStr. 2, 93 n° 132 nach dem Original im Thomasarchiv zu Strassburg.

602. *Der Erzpriester Lütold von Kötelu schlichtet den Streit zwischen dem Kloster St. Clara und den Bürgern von Klein-Basel wegen der Stadtmauer beim Kloster.* *Basel 1287 Dezember 16.*

Abschrift des 15. Jh. in Cl. Ppurk. 10 (B).

Wir Luttoldt von Rottelnhein ertzpriester von Basell thun kunt allen den, die disen brieff gesehent und horent lesen, das die mißhelle, die zwischen der cpptissin und der samnunge des klosters von sant Klaren zu mindern Basel unnd den burgern von der selben statt was umb ahte fusse, die sy ansprachen, sy sollten sy haben innrhalb an ir ringkmure, und umb ander sach, an unns gesetzt wartt, also was wir sy hiessen ze mynne und ze reehte thůn, dz sy das wollten und sollten ymmer mer stett haben on all geferde, der mißhelle namen wir unns an, und nach gutem ratt hannd wir sy geschlichtet als hiernach geschriben statt. Zum ersten, das die ansprache, die die burger von mindern Basell hatten umb ahte füsse innerhalb an ir rinckmure von dem thor, dz zu dem wyger gienng, unntz an das thor hinder der swester chor von sant Klaren, soll ab sin und dhein weg noch ganng die burger da sollen han, aber dannethin untz an die mur, die in die burger von mindern Basel brachen, dz syllen ouch die frouwen in ir gewallt han und sullent ein thor machen, da die mur gebrochen wartt, und sullent dz innerthalb mit einer mur beschliessen wie sy gut duncket. wann mit solhen

dingen, wann die burgere viendes[a]) nott angatt, so sollen sy da durch oder da zwischen unntz an den chor weg han acht fuß breytt innerthalb an die rinckmure und soll ouch an eins bischoffes, wer denn zu Basell ist, bescheidenheit stan[b]) und nicht an der burger von mindern Basell. Und wen dz ûrlôge zergatt, so mugen die frouwen ir thor vermuren alls ee. Die selben frouwen die sullent ouch ussen vor dem vorgenanten thor ein turlin[c]) machen durch die inner ringkmure und ouch ein steg uber den graben uff ir gut ze gande, als sy es denn bedurffent. Die selben frouwen sullent ouch das vorgenant thurlyn uff dem steg bewaren mit einem thurn von zweyen muren innerthalb an die rinckmur gesetzet unnd einem[d]) guten ergker daruff und dz thorly wol beschliessen und behutten. Von disem thurlin hinwider untz an dz thor, das zu dem wyger gienng, so sollent die frouwen die innern rinckmure mit irm costen inn der hochin muren, dz es die burger benûge, alls hoch die mur anderstwo ist. Unnd sollent ouch die burger keinen gewallt han ze buwen uber die mure noch uff die mur noch in die mur denkeinen buw, der sy beswer an ir heimliche. Die burger sollent ouch ir graben uffen muren wie wytt so sy wollen, allso dz sy die frouwen nicht irren an ir gutt noch an ir wasser. Das wasser, dz in der frouwen kenel uber den graben gatt, dz soll in sinem rechten belyben, alls es yetzunt gatt. Wir heissen ouch das, das die frouwen die loblin, die sy in den graben hatten gemacht, beschliessen sullent mit einer mur. Wir heissen ouch, das die burger kein ansprach sullen han umb den weg, der zu dem thor gienng zu dem wyger, hern Gerunges turly soll ab sin, aber die hoffstatt vor dem thorly die ist der frouwen, wann so vill wollten die burger ir graben da machen, das sy der hoffstatt mûgen nemen danen, als sy anndertswo ist. Wir heissen ouch, dz die frouwen von sannt Klaren nieman irren soll an ir hoffstatt und an ir wasser, als sy jetzo sitzent; die acht fusse innerthalb an ir mur von der kinde gûtt von Tasuenne unntz an der frouwen kloster, die sullent die frouwen in ir gewalt han, wann so vill das sy sy nicht uberbuwen sollent mit dheinem buw, der nun nicht gebuwen ist, unnd ist dz darumb, wann die burgere die acht fûsse sullent niessen in iren nötten, wenn es der ratt uff irn eid erkennet, dz sy es bedurffen. Inn dem ortt ob dem tyche, da dz thor durch gienng zu dem wyger, da mugent die burger uff ir mur buwen ergker oder annder gewere, der sy bedurffen, inn der hoche, dz es die frouwen nicht beswere an ir heimliche. An der loben des Brottmeisters huß da mugent die burger ir wechter han, wenn ein bischoff von Basell erkennt, dz es die burger zu ûrlôges notten bedurffen. Und durch das dirre scheidt und disc schlichtunge, als es an unns gesetzt wart unnd an disem brieff geschriben statt, ymerme vest und stett belybe, so ist dirre brieff mit unnsers herren Peters von gotts gnaden bischoff zu Basell, des cappytels von der stifft, und mit unnserm insigele und darzu mit der epptissin unnd der samnunge des vorgenanten klosters unnd des ratz unnd der burger von mindern Basell innsigel besigelt. Wir Petter von gotts gnaden bischoff zu Basell

---

602. a) inndert *in B.* b) stat *in B.* c) turnlin *in B.* d) einen *in B.*

unnd wir dz vorgenant cappitell zu einem urkunde, das dise mißhellung zwischen der epptissin und der samnung des klosters von sant Klaren zu miner Basell und unnser burger von der selben statt mit unnserm willen unnd ratt alles gesetzt unnd geschlichtet ist, als an disem brieff geschriben statt, und ymer me stett bliben soll, hand[e]) durch ir bett unser innsigel an disen brieff gehenckt. Wir die epptissin und die samnunge des klosters zu mindern Basell von sannt Klaren unnd wir der ratt unnd die burgere von der selben statt zu einem urkunde unnd zu einer ewigen hanndtfesty, das wir sullen unnd wollen gebunden sin ymer me stett ze hallten alles dz an disem brieff geschriben ist, als es gescheiden hatt herr Lutold von Rottelnheim ertzpriester von Basell, an den wir es bed teyl willkurlich hatten gesetzt, darumb so hand wir unnser innsigel gehennckt an disen brieff. Dz beschach zu Basell, da von gotts geburtt warent tusent zweyhundert achtzig unnd siben jar, an dem zinßtag nach sannt Lucyen tag.

603. *Das Kloster Wettingen verkauft an Herrn Hugos von Lörrach Frau Land zu Maulburg.* *Riehen 1287 —*

Original im GLA. Karlsruhe, Domstift Basel, Maulburg (A).
*Auszug in ZGO. 4, 362. — * Linder 22.*

Wir brůder Volcher der abbt und der convent von Wettingen chůnden allen den, disen breif sechent alder hôrent lesen, dc wir mit gemeinem rate und dur nuz unsers gotshůs han verchôfet hern Hvges vrowun von Lôrrach vron Gerdrvt siben schůposce zi Mvlberc vůr lidig eigen mit allem dem rechte, als wir die selben schůpossen har gebracht han, ân der chilchun sâz und an dc banholz, umb ziwo unde vierzig march silbers Zvrich gelôtes. Dis geschach zi Riehen in unserm hove zi dem gedinge, do von gottes geburth waren thusent zweihunderd achzig und siben jar. Dis sach und horte her Albert der Marschalch und her Hvg von Lôrrach ritter und Albert von Lôrrach, Johans der vogt im hove, Rvdeger der cheller, Heinrich von Wenchon, Wernher von Nortswaben, Thoman Gôcheli und ander biderbe und gewere genůge. Dc aber dis stete und ganz belibe, des henchen wir der vor genander abbet und der convent von Wettingen zi einem urchunde unser ingesigel an disen breif.

604. *Das Kloster Lützel leiht dem Heinrich Ceisso eine Säge und ein Haus in Klein-Basel zu Erbrecht.* *Basel 1287 —*

Original Kl. nº 125 (A). — Deutscher Auszug in Kl. A. fol. 113.
Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel: 1. Abt von Lützel (nº 69). 2. Bürger von Basel (nº 140).

. . abbas monasterii Lucelensis totusque conventus ibidem Cisterciensis ordinis, dyocesis Basiliensis, universis presens scriptum intuentibus salutem et eorum noticiam, que secuntur. Noverint universi, quod, cum pie recor-

602. e) hand *fehlt in B.*

dationis Heinrieus dietus Ceisso eivis Basiliensis Heinricum, Cvnradum, Johannem, Eberhardum, Berchtoldum et Annam liberos suos, qui sibi successerunt ab intestato, multorum debitorum oppressos honeribus reliquisset, Cvnradus, Johannes, Eberhardus, Berchtoldus et Anna predicti a dictis exhonerari debitis cupientes serram in minori Basilea sitam et domunculam ex opposito ipsius serre eum omnibus suis attineneiis, que prefatus Heinricus pater ipsorum a nobis sub jure hereditario et annuo censu sedecim solidorum habuit, per manum et consensum Johannis advocati de Istein tutoris predictorum liberorum juste et legaliter seeundum jus, eonsuetudinem et sollemnitatem, que debent et consueverunt adhiberi contraetibus, vendiderunt pro certa summa pecunie videlieet centum libris denariorum Basiliensium predicto Heinrico fratri eorum, ut ipse H[einricus] predietorum debitorum honus in se susciperet et creditores quondam patris sui usque ad summam predicte pecunie expediret, ipsam serram et domuneulam eum suis attinenciis per manum jam dicti . . tutoris ipsorum in manus nostras sponte ac liberc resignantes petendo, ut predictam serram cum domuneula ac aliis suis attinenciis prefato Heinrico fratri eorum sub jure et censu prehabitis concederemus, quod et nos rogati fecimus in ipsum Heinricum predicta omnia transferentes. Et est seiendum, quod mutata manu nomine honorarii, quod vulgariter dicitur erschaz, equali censui solvi debet. Insuper predicti venditores predictum contraetum promiserunt fide prestita corporali ratum habere et firmum nec contrafacere de jure vel de facto renunciantes omni juris auxilio canonici et civilis, item exceptioni de beneficio restitutionis in integrum, de dolo, in faetum, de re minus dimidio justi preeii vendita, de pecunia non numerata, non tradita, non soluta et generaliter omnibus aliis exeeptionibus, defensionibus et rebus, quibus dieta venditio recindi posset in posterum vel etiam inpugnari. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una eum sigillo eivitatis Basiliensis rogatu partis utriusque presentibus est appensum. Testes, qui interfuerunt, sunt dominus Petrus in Turri miles, Hugo Bauwalarius, Petrus advocatus dietus Gabler, Johannes Metter, Wernherus Stamler, Johannes Schônkint, Heinricus zem Angen et alii quamplures fide digni. Datum et actum Basilee, anno domini M̊C̊C̊LXX̊XVII̊.

605. Item anno domini M̊C̊C̊LXXXVII̊ reecpi de Petro sutore ad Cyconiam[a]) partem horrei nostri, decem sol. damus ei pro censu et V sol. pro honorario, ut credo, et II circulos. — *1287* —

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 97v.

606. *Das Predigerkloster verkauft ein Haus in Rheinfelden an Johann Bellez, Bürger daselbst.* *Basel 1288 Januar 23.*

Original Kl. nº 126 (A).

Zwei an Pergamentstreifen hängende Siegel: 1. O . VIRGO . GTA . . . . ANT . TE . NRA . ROGATA. *2. Unkenntlich.*

605. a) *die Lesung ist nicht ganz sicher.*

Noverint, quos nosse fuerit oportunum, quod ego frater Hermannus de Lubekhe ordinis fratrum Predicatorum prior fratrum ejusdem ordinis domus Maguntine et ego frater Johannes de Confluentia ejusdem ordinis supprior fratrum domus Basiliensis ordinis memorati domum, quam olim inhabitabat decanus de Madebach, quam fratres Predicatores domus Basiliensis emerant a preposito et decano ac capitulo opidi Rinueldensis, ex parte prioris et fratrum Predicatorum domus Basiliensis vendidimus Johanni Bellezoni civi Rinueldensi ac tenore presentium protestamur pecuniam nobis debitam a prefato Johanne integraliter persolutam. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Basilee, anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, decimo kl. febr.

607. *Der Priester Hugo von Haltingen und Peter Senftelin tauschen mit einander Gärten in Klein-Basel.* — *1288 Januar 27.*

Originale St.Urk. n° 76 (A) und n° 77 (A¹).

Die beiden Ausfertigungen rühren von derselben Hand her.

An A ein eingehängtes, an A¹ ein an Pergamentstreifen hangendes Siegel von Klein-Basel (n° 141).

Wir Chv̂nrat Fleisch der schultheizo uñ der rat von der minren Basil tûn kunt allen den,[a]) die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz her Hvg von Haltingen ein priester uñ her Peter Senftli unser burger an den garten, die hinder ir zweiger hûseren nebent ein ander ligent, vor uns eines wechsels uber ein sint komen von der mure orte, din hinder an dez vorgenanten Chv̂nratz Fleisches husc stat, nebent[b]) sich hin die richti[c]) durch beide garten ûnz an hern Johans garten von Lôffenberg dez Bôgen. Uñ wande hern Hvge dem vorgenanten an dem wechsel der besser teil ist worden, so sol er sus hin dem vorgenanten hern Peter geben von huse, von stalle uñ[d]) von dem teile dez garten, so im gevallen ist, wande er si von im ze eime erbe hat, vier schillinge ze zinse, da von er ê gab dri schillinge. Ze eime urkûnde, daz dis war si, so han wir durch ir beider bete unser stat ingesigel an disen brief gehenket. Dis dinges sint gezûge vom rate Heinrich von Hilteningen, Hvg Ermenrich, Chv̂nrat Bôller, Rv̂dolf von Keiserstv̂l,[e]) Chv̂nrat von Nvgerol, Rv̂dolf am Tiche uñ ander ereber liute genûge. Dis geschach, do von unsers herren gebûrte waren tusinc zwey hundert ehtewe uñ ahzic jar, an dem nehesten zinstage vor der[f]) liehtmes.

608. *Testament des Konrad von Munzenheim; unter den Vermächtnissen:* Predicatoribus de Basilea XX sol. — *1288 Januar 29.*

Trouillat 2, 452 n° 352 nach dem Original im bischöflich baselischen Archiv.

---

607. a) lûn allen den kunt *in A¹.* b) nebûnt *in A¹.* c) rihte *in A¹.* d) unde *in A¹.* e) Keiserstvl *in A¹.* f) der *fehlt in A¹.*

609. *Das Stift St. Leonhard leiht dem Schuster H. von Uffheim Gärten zu Erbrecht.* — *1288 Februar 14.*

Eintrag von 1290 in Lh. A. fol. 80.

Anno domini M°CC°LXXXVIII°, XVI. kl. marcii, H[einricus] prepositus et capitulum ad resignationem Jo. Engelbotten et Grede uxoris ejus locavimus H. sutori dicto de Vfhein ortum situm ze Kvlehusern inter ortum . . diete Strubin ex una et ortum Heinrici dicti Engelbotten ex parte altera pro quinque solidis et sex denariis et II circulis, et tribus solidis minus III denariis in mutatione manus. Item concessimus eidem H. de Vfhein alium ortum dictum der Kelnerin situm inter ortum Richentze de Kolehůsern ex una et quondam Gerungi ad Rufam domum ex parte altera pro X sol. nomine census et II sol. nomine anniversarii et quinque solidis in mutatione manus pro honorario.

610. *Das Stift St. Peter leiht dem Stift St. Leonhard ein Haus.* — *1288 Februar 24.*

*Original Lh. n° 69 (A). — Abschrift in Lh. H. fol. 9 n° 40 (B). — * Lh. D. fol. 146v. — * Lh. B. fol. 49.*

Trouillat 2, 460 n° 359 nach B. Hier ist zu lesen Z. 2: Basiliensis *statt* Basilee; *Z. 4 und 11:* Mechthildis; *Z. 8:* preposito; *Z. 10:* nos ergo ad; *Z. 14:* littera est signata; *Z. 16:* Mathie *statt* Mathei.

Eingehängtes Siegel von St. Peter (n° 40a).

611. *Heinrich der Meier und seine Frau verkaufen dem Dietrich Güter in Klein-Basel und empfangen sie wieder zu Erbrecht.* — *1288 März 2.*

Original Sp. n° 8 (A). — Abschrift in Bf. D. fol. 335b (B).

An einem Bande hängt das Siegel von Klein-Basel (n° 141).

Ich Cůnrad der schůltheize uñ der rat von der minren Basele důnt kůnt allen den, die disen brief an sehent oder hôrent lesen, daz Heinrich der meier unser burger uñ vor Greide sin elich wirtin hant verkôft mit gemeiner hant reht uñ redeliche die hovestete, die sů hatten von hern Wezzel dem keller jeregelich umbe zweilf schillinge, die man nennet Harten hovestat uñ die man nemmet Spisen hovestat von Seckingen, uñ den garten hinder dem hůs unz an die straze uñ die zwo hovestete der gegen ubir amme Rine umbe fünf uñ drizig phunt phenninge, der sů gar gewert sint. Och sol men jergelich geben ein schilling sant Albane von diseme vor geschriben gůte. Also hatz der selbe her Dieterich enphangen von Heinriche, der meier dez probestes von sant Albane ist. Och het her Dieterich der vorgenante die selben hovestete uñ die hůser uñ den garten, als ez da vor bescheiden ist, Heinriche dem meier uñ vern Greiden sinre wirtin den vor geschriben verlůhen zů eime rehten erbe uñ irn nachkomen jergelich umbe drů phunt uñ drie schillinge, die man halbe geben sol zů sant Johannes mes, die

andern halben zů sant Andres dage. Uñ wen sieh die hant verwandelt, so sol man ein phunt uñ zwene sehillinge ze ersehazze geben. Ze urkúnde uñ ze stetigůnge dirre vor geseriben dinge so han wir unser stete ingesigele an disen brief gehenket. Her an was Burehard der Rote, Cv̊nzin Bőller, Weeko von Blazheim, Heinrieh von Hiltalingen[a]), kesseler, Heinrieh Rezagel, Johannes Rezagel, Dieterieh Deeke, Hv̊g Ermenrieh uñ ander erber lůte. Dis gesehaeh, do man zalte von gotz gebůrte zwelfhundert jar uñ ehtewe uñ ahzig jar, an dem nehesten zistage naeh sant Mathies dage.

612. *Das Kloster St. Clara leiht dem Ritter Günther Mönch Güter in Staffelfelden zu Erbrecht.* — *1288 März 8.*

Original Cl. nº 42 (A). — Abschrift und Übersetzung des 16. Jh. in Cl. Ppurk. nº 57 (B).

Das (eingehängte) Siegel fehlt.

. . offieialis curie arehidiaeoni Basiliensis universis presens scriptum intuentibus eorum notieiam, que sequuntur. Noverint universi, quod eonstitutis eoram nobis in forma judieii domino Gvnthero Monaeho milite dieto de Stetinberg et fratre Heinrieo dicto Vischer procuratore sive syndico . . abbatisse et conventus monasterii sancte Clare minoris Basilee, Constantiensis dyoeesis, anno domini M̊C̊CLXX̊XVIII̊, feria seeunda post dominieam qua eantatur letare, dictus . . proeurator omnia bona sita in banno ville Stapheluelt ad dietum monasterium jure proprietatis pertineneia, que Nieolaus villieus ibidem quondam eoluit et possedit, prefato . . militi nomine dieti monasterii eoncessit pro annuo eensu videlicet sex quartalibus avene, octo solidis denariorum et quatuor pullis in festo beati Martini annis singulis persolvendis ae presentandis ad eurtim, quam predietum monasterium habet in oppido Sulz, hereditario jure perpetuo possidenda tali conditione adhibita, quod predietus miles, si in solutione predieti eensus per annum eessaverit, cadat a jure suo eensum negleetum nieholominus soluturus, et dicta bona ad prefatum monasterium absolute et libere revertantur. Et seiendum, quod sepedieto monasterio de prefatis bonis oeto solidi pro honorario et mortuarium eonsuetum, cum ad hoc devenerit, dari debent. In eujus rei testimonium sigillum eurie nostre ad petitionem pareium predictarum presentibus duximus appendendum. Aetum est etiam, quod sepedictus miles ad[a]) predietam eurtim collocare debet personam ydoneam, que predieto monasterio de censibus predietis respondere teneatur. Datum anno et die prenotatis.

613. *Peter Senftelin leiht dem Ulrich Trübmilch eine Matte bei Klein-Basel zu Erbrecht.* *Klein-Basel 1288 März 16.*

Original im StA. Luzern, St. Urban, Basel nº 7 (A).

An einer Schnur hängt das Siegel von Klein-Basel (nº 141).

---

611. a) Hiltatingen *in A.*

612. a) Actum — ad *auf Rasur in A.*

Universis presentium inspectoribus Cv̊nradus dictus Fleisch scultetus et consules minoris Basilee noticiam subscriptorum. Noverit universitas vestra, quod dilectus concivis noster Petrus dictus Senftili in nostri constitutus presentia confessus fuit se concessisse V̊lrico dicto Trv̊bemileh pratum, quod Cv̊nradus de Halderwanch carpentarius quondam tenuerat, situm in banno civitatis nostre predicte in loco, qui dicitur zem Hôstade, contiguum pratis Dietriei dicti Teke conciuis nostri et Johannis dicti Snczzer campsoris de Basilea, sub annuo censu decem et octo solidorum in beati Johannis baptiste et sancti Andree apostoli festis bipartito equaliter solvendorum jure hereditario perpetuo possidendum, tali conditione adhibita, quod mutata manu novem solidi denariorum pro honorario, quod vulgo erschaz dicitur, dari debent. In cujus rei memoriam universitatis nostre sigillum ad petitionem partium predictarum duximus presentibus appendendum. Act. in minori Basilea, anno domini M̊C̊CLXX̊X octavo, feria tercia proxima ante diem beate Gerdrudis virginis, presentibus domino Wilhelmo rectore ecclesie sancti Theodori in minori Basilea et nobis consulibus videlicet Heinrieo de Hilteningen, Hugone dicto Ermenrieh, Johanne dicto Vasinaht, Cv̊nrado dicto Bôller, Rv̊dolfo de Keiserstv̊l, Cv̊nrado de Nvgerol, Heinrico de Emerrache, Rv̊dolfo dicto am Tiche et aliis quampluribus fide dignis.

614. *Die Klöster Lützel und St. Clara tauschen Güter in Michelbach.* *Klein-Basel 1288 April 2.*

*Originale Cl. nº 43 (A) und im BA. Kolmar, Lützel nº 80 (A¹). — * Cl. J. pag. 297.*

Je ein eingehängtes Siegel, an A: Abt von Lützel (nº 69), an A¹: St. Clara (nº 66).

A.

Nos frater Nicolaus abbas et conventus monasterii Lucelensis Cysterciensis ordinis, dyocesis Basiliensis, notum facimus universis presentem literam inspecturis, quod nos propter comodum et utilitatem nostri monasterii prenotati infrascripta bona, quc habemus in villa et banno Michelnbaeh, videlicet unum agrum dictum den Anwender situm in loco, qui vocatur ze Rodematten, item unum juger pratorum wlgariter dictum manwerch situm in loco, qui dicitur in den Dorfmatten, juxta ortum Rv̊dolfi dicti Moser et duas arcas sitas in predieta villa ante domum . . dicti Aler, permutationis titulo dedimus et per presen-

A¹.

Soror Adelheidis de Svlzberg ebbetisse totusque conventus dominarum monasterii sancte Clare in minori Basilea, Constantiensis dyocesis, universis presentium inspectoribus noticiam subscriptorum. Noverint universi, quos nosse fuerit oportunum, quod nos infrascripte bona, que habemus in ville Michelnbach, videlicet tria jugere terre arabilis minus quarta perte jugeris sita in loco, qui dicitur bi Chreienbade, et unum juger pratorum vulgariter dictum menwerch situm in loco, qui dicitur in dem Wiler, permutationis titulo dedimus et per presentes damus relligiosis viris . . ebbati et conventui monasterii Lucelensis Cysterciensis ordinis, dyocesis Basilieensis, pro subnotatis bonis, que hebent in eadem ville et in banno Michelnbach, videlicet pro uno

tes damus devotis in Christo . . abbatisse et conventui dominarum monasterii sancte Clare in minori Basilea, Constantiensis dyocesis, pro subscriptis bonis, que in banno antedicte ville Michelnbach habent, videlicet pro tribus jugeribus terre arabilis minus quarta parte jugeris sitis in loco, qui dicitur bi Chregenbade, et pro uno jugere pratorum wlgariter dicto manwerch sito in loco, qui dicitur in dem Wiler. Et promittentes dictam permutationem habere ratam et firmam et non contravenire de jure vel de facto renunciavimus ex certa scientia beneficio restitutionis in integrum et generaliter omni juris auxilio canonici et civilis, per quod dicta permutatio irritari posset in posterum vel aliquatenus impugnari. In cujus rei testimonium appensione nostri sigilli presens litera est munita. Act. in cimiterio predictarum dominarum sancte Clare, anno domini M°CC°LXX° octavo, IIII^to non. april.

